genitus ex causa accidentalis, quod cessante ea comprehendatur primo genitus, eleganter resolvit Gregor. Lopes in L. 21. tit. 1. partit. 6. Gloss. 4. verbo el testador vers. & facit ista, & de ratione est videndus Menech. lib. 4. præsumpt. 67. n. 15. optime Luca de fideicomiss. d. discurs. 115. tom. 10.

Et quanvis quoties testator diversa forma instituendi usus sit de una ad aliam substitutionem non interfertur sed quilibet substitutionis gradus secundum suam formam judicandus sit, ut ex Bart. & aliis tenet Cresp. & Valdaur. obs. 20. n. 16. Bald. in L. multis ff. de statu hermin. ibi pro regula ponit, quod unum sub alio nunquam includitur, quoties de utroque separatim disponitur, & deducitur ex text. in L. cum ex filio §. 1. ff. vulgari Hieronim. Gabriel lib. 1. conf. 95. n. 7. Surd. conf. 349. n. 36. & 37. & opponi possit, quod substitutione de illo non loquitur, ex Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 4. n. 4.

Attamen hæc resolutio procedit, ac vera est, nisi verissimilis voluntas concurrat in contrarium quia ex vereffimili disponentis voluntate substitutione extenditur, & absurdum sit assertere auferendam esse maiorum successionem ab ea persona, cui ex verissimili instituto ie dispositio ne defertur, alij que adversus ejus voluntatem adjudicandam, ex eo, quod de persona ad personam fideicommissum extendendum non sit cum ad omnes alios casus ex mente testantis extendatur, ut per hæc verba inquit idem Molin. d. lib. 1. cap. 4. n. 24. & ad propositum nostri casus cap. 5. n. 9. 10. 11. 12. & lib. 3. cap. 5. n. 5. & 6. & ibi Addentes Roxas de incompatib. maior. 1. p. cap. 6. n. 266. ubi explicat quis dicatur magis dilectus & sententia lata in hoc casu fuit sequens.

No Feito de Pedro de Affonseca, e Castro, com Manoel de Souza da Silva, Escrivão Manoel de Goes Pinheyro, se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos libello do Autor Manoel de Souza da Silva, contrariedade dos Reos Pedro de Affonseca de Castro, e sua mulher Dona Joanna Luiza, mais artigos recebidos, provas de ambas as partes, testamento, escripturas, prazos, e mais documentos juntos. Mostra-se por parte do Author, que Pedro de Souza Alcaforado no testamento com que faleceo instituiu huma Cappella a que avinculou seus bens, e chamou para a successão della a seu sobrinho Antonio de Souza irmão do Reo com condição que faria ordenar de Clerigo de Missa, e buscaria hum beneficio delote de cento e cincuenta mil reis, a Manoel de Souza filho natural do defunto, e que este filho natural possuiria todos os bens em quanto se não enchesse aquella condição, porém que falecendo o dito Antonio de Souza sem filhos de legitimo matrimonio, succederia nos bens o Author Manoel de Souza da Silva com a mesma obrigação. Mostra-se mais, que o dito Antonio de Souza não chegou a succeder, nem cumprio, e encbeo a condição ordenando de Clerigo ao filho natural do defunto, nem lhe buscou beneficio dolote de cento e cincuenta mil reis, e faleceo sem filhos legitimos, em cuja falta deve succeder o Author. Mostra-se mais que como o dito Antonio de Souza não chegou a succeder, não tinha direito que passar ao Reo, ou em seus irmãos na forma da vocação do testador. Mostra-se mais, que sendo o Author o verdadeiro successor no vinculo que instituiu o testador, e mais bens, e como tal querendo ordenar o filho natural do defunto, e

dar complemento ás mais condições, o Reo lho impede, dizendo que o Author não he o sucessor com que o perturba, e inquieta. Mostra-se mais, que supposto o filho natural do defunto possua os bens he sómente em quanto não for Clerigo, e tiver beneficio delote de cento e cincuenta mil reis, e o Author, e Reo se compuzera por escritura junta que queria que neste Juizo se julgasse a quem pertencia esta successão. Mostra-se mais, que a união que o testador fez dos prazos foy juridica por ser com consentimento do senhorio, e que com elle mesmo se vendaõ, não consentindo que se unaõ. Mostra-se ultimamente o mais deduzido no libello, e replica. Por parte dos Reos se mostra que Gonçallo de Affonseca de Castro, foy caçado em face de Igreja com Dona Maria de Souza irmãa inteira do testador de entre os quais nascerão vários filhos, dos quais foy mais o Reo Pedro de Affonseca de Castro, e Souza, a que se seguirão os mais na forma do segundo artigo. Mostra-se mais que no tempo do testamento era o Reo beneficiado na Igreja de Arma-mar, e tinha a Cappella de São João Baptista da Sé da Cidade de Vizeo, e tinha ordens menores para effeito de ser Ecclesiastico, e assim o publicava, e o sabia muito bem o testador. Mostra-se mais, que os mais irmãos excepto o dito Antonio de Souza estavão para ser Frades, e as irmãas Freiras, e porque o testador o sabia muito bem deixou a cada hum cincuenta mil reis para aprestos dos habitos. Mostra-se mais que o testador sabia muito bem que não ficava nenhum irmão do Reo, e seu sobrinho no seculo mais que o dito Antonio de Souza, e por essa razão quiz fazer casa no dito Antonio de Souza, em qual tambem a fazia a māe do Reo sua irmãa, e foy sempre sua vontade

Ss fazer.

fazer casa naquelle sobrinho, em que a fizesse sua irmã. Mostra-se mais, que o testador instituiu por seu universal herdeiro de todos seus bens, officios, e acções, e fez as nomeações, dos prazos no dito Antonio de Souza seu sobrinho, para que tudo possuisse depois de sua morte com as condições que declarou. Mostra-se mais, que nestes termos, e na forma do testamento os bens do vinculo, e prazos não pertencem ao Author, mas ao Reo que he irmão do dito Antonio de Souza nomeado herdeiro do defunto por assim se conformar a vontade do testador pelos fundamentos, e razões largamente deduzidas, e articuladas na contrariedade, e replica. O que tudo visto com o mais dos autos, e as disposições de direito neste, e nos semelhantes casos, e como por palavras expressas no testamento junto com que faleceu Pedro de Souza Alcanforado, conste que elle deixou seus bens todos unidos, e vinculados em Cappella a seu sobrinho Antonio de Souza, filho de sua irmã Dona Maria de Souza, e Irmão do Reo, e a seus herdeiros, com condição que buscaria hum beneficio de lote de cento e cincuenta mil reis, a Manoel de Souza, filho natural do testador fazendo que se ordenasse de Clerigo, e com as mais condições que se achão escriptas, nomeando nelle, e deixando-lhe todos seus prazos para na forma da sua vontade, e consentimento dos senhorios se unirem à mesma Cappella, e por morte do dito Antonio de Souza instituído, nomeado, e chamado, sucederia o filho varão mais velho, e legitimo de legitimo matrimonio, e em defeito de filho sucederia filha appellidandose todos Souzas; e outrossim que não tendo filhos alguns então sucederia no vinculo, e Cappella seu primo Manoel de Souza da Sylva, de Leyros,

que he o Author, e seus filhos legítimos na forma que tinha dito, termos em que ao Author pertence a sucessão por se achar verificado que o dito Antonio de Souza he falecido sem deixar filhos, ou filhas, que na forma da disposição do testador tinham lugar de suceder por ser no caso verificado instituído substituído, e chamado expressamente, e ainda por algumas presunções que se achão nos autos, e não o Reo, ou seus irmãos, que forão lembrados no testamento, e lhe não daõ direito as conjecturas, e presunções de que se quer ajudar, por estas não terem lugar por pouco vehementes, e as palavras do testador por muito claras não darão nem permitirem outra interpretação. Declaro, e julgo pertencer a herança, é bens do defunto unidos, na Cappella, e a ella vinculados ao Author com todas as condições do testamento que deve mandar, e fazer cumprir, e encerar desde logo, e assim mesmo declaro, e julgo pertencer-lhe as nomeações dos prazos juntos, e direito de renovação de alguns para se unirem à Cappella, ou o procedido delles depois de vendidos intervindo o consentimento do senhorio se comprar fazenda para o mesmo sem poder embargo coufa alguma as razões consideradas por parte do Reo que não tem lugar no caso presente em que como os mais bens quiz o testador passassem ao Author, que he da família, e geração de Souzas, e fica sendo herdeiro, e toda a dúvida que se pode mover he só a respeito do senhorio, e não do Reo. Mando que os Reos não perturbem ao Author, nem lhe impida o dar complemento a condição alguma, assim a respeito do buscar benefício, e ordenar de Clerigo ao filho natural do defunto, como a respeito do mais disposto no testamento, e outrossim mandar que larguem ao Author todos os bens

bens que tiverem ainda que prazos sejaõ, e tenhaõ fido do mesmo defunto com os frutos da demanda contestada em diante, e paguem os Reos as custas.

Doutor Joseph Nugueyra Galvão.

Ab hac sententia appellatum fuit ad Senatum Portuensem ubi confirmata fuit in deliberationibus sequentibus.

Duplex quæstio subit nostrum judicium, post latam, & elegan-tem utriusque patroni contentio-nem. Prima est circa jus succeden-di in maioratu à Petro de Soufa ins-tituto. Secunda circa unionem, seu alienationem emphiteusin ab ipso-met institutore injunctam, ac præ-cetam.

Quo ad primam de voluntate dis-ponentis videndum est, ipsa nam-que hæreditates dat, vel adimit, maioratus constituit, eisque formam præscribit juxta quam huic vel illi successio deferatur L. in conditioni-bus 44. de cond. & dem. L. cum ita alias L. omnia 32. § in fidicomisso ff. degat. 3. Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3.

De hac autem voluntate verba testa-  
menti audienda sunt, cum id quod volumus per id quod loquimur de-claremus atque exponamus text. in  
L. Labeo 7. ff. de supellect. Legata  
L. 3. ff. de rebus dubiis Valascus con-sult. 171. n. 7.

Extat igitur testamentum, de quo sane dicere haud vereor, nec admo-dum concine conditum attento or-dine scripturæ nec magno patre jus-te dispositum, attento ordine suc-cedendi. Primum putet ex ipsius forma secundum ex maioru cum Reo con-junctione, que quidem in præ-senti respectu habita videtur, quod an recte factum, ego nescio, Deus scit.

Ordo, seu forma succedendi non semel ab institutore præfinitur ut

videre est, sed primis clausulis om-nissimis utpote in quibus adhuc de-vinculo non egerat testator, nisi tantum per relationem ad disposi-tionem sequentem juxta illa verba fol. 7. vers.

Com as condições abaixo, e mais encargos declarados.

Ultima clausula, in qua forma successionis statuitur ita concepitur fol. 8. & 9.

Os quais (scilicet bona) andarão a ella sempre unidos por maneira que sucederá nesta dita Cappella o dito meu filho Manoel de Souza, & pos-tea, e tendo beneficio sucederá o dito meu sobrinho Antonio de Souza, e por seu falecimento o filho varão mais velho legitimo; e de legitimo matrimo-nio, e em defeito de filho varão suc-cederá a femea mais velha que todos se appellidaraõ Souzas, e não tendo fi-lhos legitimos o dito Antonio de Souza sucedera nesta Cappella meu pri-mo Manoel de Souza da Silva.

Ecce ordinem ab perstitutori per-fixum, virtute cuius vult Actor si-bi assertere jus succedendi, tanquam vocatas post mortem Antonij de Souza, qui de facto cælebs dece-sit, e contra verò Reus Petrus à Fonseca sibi fortius jus esse condit, utpote frater germanus prædicti Antonij primi vocati.

Quis justius induit arma? existimo, quod Actor, & si hoc per quam durum videatur, ait Jure con-sultus in L. prospexit 13. ff qui, & à quibus, ita lex scripta est.

Hoc tantum moveor argumento, quando adeit expressa vocatio dis-ponentis, nihil amplius querendum est, quia talis vocatio, & voluntas omnia regit, disponit, ac jubet juxta text. in L. verbis legis de ver-borum significat. L. 1. Cod. de Sacro-sanctis eccles. ita ut særinx, remotis, ulteriores exclusis proximiortibus ea-

leant admissi Ord. supra tit. 100. §. 3. ubi Barb. plures Pegas forent. cap. 4. n. 122. Sed in dicto testamento adest expressa Actoris vocatio, post mortem Antonij juxta verba supra relata, igitur, &c.

Quod talis vocatio sit clara, & expressa, sicut etiam quæ illam scripsit disponentis voluntas de facto ex ipsissimis verbis liquescit, & de jure, ex eo quia tunc dicitur aliquid esse clarum, & expressum, cum in eo intellectus non laborat Phœbus decis. 212. n. 27. Macedo decis. 6. At illic non potest intellectus laborare, prout in praesentibus disertis verbis oratio conficitur Valasc. consult. 117. n. 7. ac per consequens.

Vim argumenti illidere Reus intendit. Primo negando expressionem vocationis. Secundo afferendo mentem disponentis in sui favorem conjecturatum. Fundamentum quo ad primum est quia licet in posterioribus verbis Actor palam vocetur, attamen id debet intelligi juxta dispositionem anteriorem fol. 8. ibi: *ao dito meu sobrinho, e herdeiro Antonio de Souza, sendo vivo, e sendo ja a esse tempo falecido ficaraõ a seus herdeiros, &c.* Secundum quam non solum præfunctus Antonius vocabatur, sed etiam, tanquam illius frater, & legitimus haeres, succeditque regula text. in L. sed, & posteriores 28. de legibus 21 juxta quem. Secundæ dispositiones ex primis regulantur, quod etiam in testamentis procedit, nec enim voluntas, testantis mutata præsumitur, imo potius talis mutatio vitari debet juxta Valasc. consult. 181. n. 5. & 6. Surd. decis. 111. n. 9.

Aliud fundamentum quoad secundum à mente testatoris de sumitur licet enim verba deficerant, attamen semper conjectari debet ipsum

noluisse à successionē maioratus Reum, ex sorore nepotem exclude-re, ita suadent vocatio defuncti fratris Antonij, & cæterorum fratrum legata eis in testamento relicta, nec fas sit credere Reum tantum odio habuisse maximē in articulo mortis, in 22 quo nemo salutis æternæ immemor præsumendus est text. in cap. sancimus 1. quæst. 7. præcipue cum Reus alteri militiae destinatus, de nuptiis contrahendis spem non faceret institutori, de quo late illius testes, videturque hanc ob causam expressius non nominatum, at quando cessat 23 causa finalis alicujus actus, & ipse cessare debet text. in L. adigere §. quauis ibi jure patron.

Ulterius hæc ipsa disponentis mens, ac voluntas non parum suadetur, quia his quæ diximus suppositis, verosimile sit testantem pro Reo responsorum, si de hoc dubio fuisset interrogatus, nec alias ultra proximam cognationem maioratum faceret exulare, ex eademque sorore quosdam nepotes odio, quosdam amore prosequi diceretur, at id quod 24 quis interrogatus, foret responsurus, de jure debet observari text. expressus in L. Titius 25. §. lectius liber & posthum. L. mulieri 22. in principio vers. Brasidas ad Trebel. multos refert. Doctores Noguerol, in quam Carleval de judic. titul. 3. disp. 5. n. 20.

Verum licet hæc, quæ à docto Rei patrono investigantur maxime professe habeant æquitatem, attamen me à proposito non retardant, licet enim æquitas juri rigori præferenda sit, nihilominus tale axioma limitatur quando ipsa non est scripta, rigor autem juris in scripto est Barb. in locis commun. litera A. n. 181.

Nec obstanta fundamenta supra considerata, nam ad primum ex vocatione facta fol. 8. Respondetur primo, tum quod ibi non potuit affirmari

mari iudicium perfectæ vocationis ad majoratum, de quo tum temporis nulla mentio, imo de bonis; tanquam de libera hæreditate testator loquebatur, ut facilè consideranti patebit. Secundo, quia dato, quod sit actum de tali vocatione per ipsa verba, attamen vel dicendam ab hac recessisse testantem per expressa verba fol. 8. vers. ut pote contraria juxta eundem text. in allegata lege sed & posteriores de legibus, vel melius, quod illa vocatio, & voluntas non fuit mutata per sequentia, sed declarata, ita ut illud verbum herdeiros de quo dicto fol. 8. vers. declaratum sit fol. 9. in descendantibus, & sic cessat doctrina Valasci, & Surdi de quibus ibi.

Ad secundum, & tertium fundamen-  
25 tum. Respondetur, quod quando in præsenti adest expressa volun-  
tas & vocatio, nihil amplius querendum est text. est formalis in L. ille  
aut ille §. 1. de leg. 3. libet verba  
textus transcribere.

Cum in verbis nulla ambiguitas  
est, non debet admitti voluntatis  
quæstio. text. etiam in L. labeo 6.  
ff. de supellect. legat. cum aliis Lar-  
reia decis. 65. n. 5. & alleg. 18. n. 20.  
ubi plures, ideoque non est locus  
conjecturis, de quibus in utroque  
fundamento, maxime quia ut tales,  
& similes admitti valeant, pro se de-  
bent habere aliqua verba disponen-  
tis text. in L. quidam 46. ff. de hæ-  
red. inst. Senator Macedo decis. 6. n.  
16. At disponens nec verbum qui-  
dem emisit de statu ecclesiastico Rei,  
nec de alia causa ob quam cum præ-  
termitteret, quod si fecisset de eo  
videndum fore juxta decretum Im-  
perat de quo in L. fin. ff. de hæred.  
inst. & text. in L. demonstratio 17.  
juncto textu ubi Papinianus limita-  
tionem ponit in L. tale 72. §. falsam  
ff. de condit, & dem.

Quod autem pro Reo responsu-  
rus esset interrogatus testator, pro-  
bandum restat, nam in iuribus alle-  
gatis dicto fundamento diversa spe-  
cies proponitur, & in præsenti con-  
trarium deponunt testes de quorum  
fide à principio dubitatum, & ite-  
rum fuerunt examinati, ubi parum  
differunt à depositione prima circa  
quæ gravamen in processu interpos-  
sum fuit fol. 381.

Explicita hac prima, de secunda  
quæstione judicandam adest,  
an Scilicet saltem emphyteuses ad  
Reum spectent?

Video in testamento testamentis  
filium primo nominatum in jure suc-  
cedendi in maioratu, ut ibi o dito meu  
filho herdeiro, & ibi em quanto for  
Senhor, e possuidor, & ibi succedera  
nesta dita Capella o dito meu filho,  
itaque filius testatoris non tantum  
ususfructuaris, sed hæres, & ad-  
ministrator Cappellæ factus fuit sub  
onere eam restituendi António præ-  
defuncto ( quem, & substitutum  
testator vocat dicto fol. 8. vers. ibi,  
e seu substituto) postquam ei de com-  
petenti beneficio prævisum fuit. De  
hac autem erga filium voluntate li-  
liquido etiam constat fol. 7. vers. ibi  
naõ herdara nada de meus bens o dito  
meu sobrinho meu herdeiro antes os  
lograrà todos o dito meu filho Manoel  
de Sousa para o que tambem sendo ne-  
cessario o faço, e instituo meu univer-  
sal herdeiro, e o nomeio nas vidas dos  
prazos, hanc autem voluntatem non  
mutavit, imo retinuit in posteriori  
vocatione, & sic videbatur huic soli  
jus competere oneris improbandi,  
nec enim ei controversia movetur de  
incapacitate circa emphyteuses ec-  
clesiasticas, cum sit filius naturalis  
ultra quam quod punctum istud  
pro utraque parte Doctores habet ex  
Pinheiro de censu 2. p. disp. sect. 5. à  
n. 129.

Sed

Sed his omissis, video etiam Actoris fratrem hæreditatem, & dispositionem testatoris agnoscere, ut ipso in testamento confitetur, at ut quis respuere onera emphyteusis possit, debebat hæreditatem repudiare, quod in emphyteusibus familiæ, & libertæ nominationis fieri potest *Cald. de nomin. quest. 22.* *Valasc. de jure emphyt. quest. 44.* à n. 4. Cum igitur tam prædefunctus Antonius de Soufa, quam etiam Reus frater hæreditatem acceptaverit, & adhuc desideret, videtur non fore locum rejectioni oneris impositi, ut scilicet vinculentur, vel divendantur bona emphyteutica, quod testator jubere potuit *Pinheiro de Censu 2. p. disput. 4. n. 99.* idem in fortioribus terminis *disput. 5. Sect. 3. à n. 64. Pegas forens. cap. 10. n. 31.* Eo vel maxime quia in præsenti non datur simplex alienatio sed quodam onus per quod emphyteusis non extra familiam mitigatur, sed in ea remanet ipsa, vel nullius pretium, ex dispositione, & institutione maioratus, ex hoc fundamento justa videtur Actoris intentio, quin obstat titulus emphyteuticus de novo factus ratione cuius citari solent domini directi ex doctrina de qua *Caldas de renovation. quest. 7. n. 23. Gama decis. 361. n. 4.* nec sit necesse de natura talium emphyteusium inquirere.

Supradum egimus de prima quæstione omissum fundamentum per Reum adductum excerptitudine, quod memoriarum excedit, currente calamo, at in eo parum immorabimur, quia videtur nobis rem judicatam, de qua ibi in terminis prorsus extraneis procedere prout bene constat ex doctissimis deliberationibus. Quare judicatum sustinendum reor. Portu 16. Augusti anni 1685.

D. Fonseca.

Sumus in declarando successore

maioratus instituti à Petro de Sousa Alcanforado, non de futuro post mortem possidentis, sed de præsenti, ut impleta conditione providendi possessori de beneficio, illico eo vi-  
ente maioratus bona possit vendicare; igitur cessat quæstio de qua *Valasc. consult. 184. Pereir. de Castro decis. 103. & decis. 129.* & illa reje-  
cta, rem jam eleganter expositam, uberrime discussam, & doctissimè re-  
solutam, paucis, si possim ennoda-  
bo.

Cum in quærendo maioratus suc-  
cessore, lex, quia ducimur sit institu-  
tio. *Auth. de nuptiis §. disponat. col-  
lat. 4. Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3. Mol-  
lin. de primogen. lib. 1. cap. 2. n. 29.*  
quem refert *Cabed. 1. p. decis. 121. n. 2.*  
Sciendum prius est, quod institutor  
bis successorem vocavit ad maiora-  
tum. Primo fol. 8. ubi morte Anto-  
ni de Soufa primi vocati, ejus vocat  
hæredes. Secundo fol. 9. ubi ejusdem  
Antonii mortem filium ejus seniorem  
vocat, istius in defectu filiam, &  
utroque deficiente vocat Actorem.  
In hac secunda vocatione tam clara,  
& expressa nulla extat dubitatio, &  
tota quæstio est, an secunda sit ex-  
plicatio primæ, ut præcedens Domi-  
nus erudit probat, an sit alia longe  
differens, & alio casu servanda, ut  
pro parte Rei subtiliter considera-  
tur; sed dato quod secunda nomi-  
natio, seu vocatio capiat tantum ca-  
sum, quo Antonius completa condi-  
tione quæsivit maioratum; prima ve-  
rò cum respiciat quo Antonius con-  
ditionem non implevit, quanvis dif-  
ferentes casus secentur istæ voca-  
tiones, non ideo differentes illæ in se  
sunt, et ratio est, ( quia in maiora-  
tibus cum stricti juris sint, illud no-  
men hæredes non est accipiedum  
in lato, sed in potiori significatu, ita-  
que non comprehendit hæredes omni-  
nes ex testamento, nec abintestato-  
26  
sed

sed tantum suos, & necessarios hæredes, & descendentes text. in L. Gallus §. etiam ubi Bart. col. pen. ff. de liber. & postb. juncta glos. in L. ex facto §. ult. ff. ad Trebel. tradit. Reinos. observ. 68. n. 2. imo nec omnes descendentes capit illud nomen sed tantum legitimos, exclusis naturalibus cum Bald. Molin. August. Barbos. & aliis exornat. Portug. de donat. 3. p. cap. 28. n. 35. Si ergo illud nomen (hæredes) filios tantum comprehendit, & non extraneos tam ab iuretestato, quam ex testamento, quavis prima vocationum casum, secunda alterum, respiciant, non differunt in se, imo eandem naturam habent, ut in defectu filiorum Antonii substitutioni locus sit, tam exprima, quam ex secunda vocatione tam in uno, quam in alio casu.

Eo vel maximè; quia si sub nomine hæredum intelligerentur omnes hæredes, inanis, & frustatoria esset substitutio, nusquam etenim locum haberet, quia aut Antonio superites erat proximior Actore aliquis consanguineus, aut non; Actore namque cum probetur latissimè esse ex familia dos Souzás, ex quo, & Reus est, aliquo, quavis remoto, consanguinitatis nexu ligantur, & si alias superesset proximior Antonio, illius hæres ab iuretestato erat & non erat locus substitutioni; Si vero nullus existabat, Actore tanquam illius hæres succedebat, & nullo casu succedere poterat, ex substitutione, & frustatoria manebat & nihil frustatoria institutorem egisse dicendum est L. 1. in fine ff. ad municip. L. unic. Cod. de Thesaur. lib. 10. Surd. consl. 307. n. 15. Gratian. for. cap. 723. n. 7. melius in L. si Prætor ff. de judic. & in L. fin. ff. nequid in loco publico imo ut locum habeat institutio, fieri debet interpretatione L. quoties ff. de verborum signific. L. si quando ff. de le-

gat. 1. ideo de suis interpretandum est nomen, & non de extraneis hæredibus.

Quo ad Emphyteuses in praxi receptum testatus Cald. de extinctione cap. 10. n. 20. prope finem, quod testator potest compellere nomina- 28 tum in emphyteusi, illam vendere, & de illius pretio bona libera emere, mairatui, cui vocatus est, adjungenda; sed quia renovatio facta fuit Antonio, quin impleret conditionem, citandum in hac instantia dicerem directum dominum ex praxi de qua Phæb. 2. p. ar. 62. Mendes 1. p. lib. 3. cap. 19. n. 36. Portu 4. Septembris 1685.

## Freitas.

Nihil addere mihi supereft doctissimis præcedentium Domino um deliberationibus, cum quibus convenire placet, tam ex eorum fundamentis, quam ex iadubia testatoris dispositione, maioratum instituentis in testamento, in quo Antonii obitu absque liberis legitimis decedente vocat Actorem ad maioratus successionem, cujus dispositionis verba in præsenti meo videre nullam admittunt interpretationem, nec non ultimæ testatorum voluntates interpretari debent, quando clarè apparent, & claris standum est, verbaque clara non indigent interpretatione Tuscus tom. 8. litera V. conclus. 108. Cardin. Seraphin. Rota Rom. decision. 762. n. 1. & in claris cessant conjecturæ, & præsumptiones Menoch. Florenti decis. 51. n. 49. Beta 2. in repetitione L. si quis maior Cod. de transact. n. 188. & interpretatio sumenda est cui verba respondent L. non aliter ff. de legat. 3. L. 3. §. toties ff. de damno infecto, nec meo videri in considerationem venire valet, quod Antoni obitu in maioratus successionem, & emphyteusium primo votati, quia absque liberis legitimis

timis deceffit, debeat succedere Reus, quia testatoris vocatio conditionalis extitit in persona dicti Antonii, ut ex eodem testamento clare liquet, plane cum nulla ex conditionibus existeret, nec purificata fuisset in vita dicti Antonii nullum jus in vita sua acquisivit in maioratus, & emphyteusium successione, in quibus terminis illud transmittere Reo non poterat, nemo enim plus juris in alium transferre potest quam ipse habet L. 2. Cod. de pæn. L. 1. Cod. qui pro sua juris cap. nemo potest deregulis juris lib. 6. & dispositio aliquid supponens non verificatur nisi in casu, in quo vereficatur presuppositum Roland. à Valle de lucro dotis quæst. 11. n. 17. & consil. 10. n. 14. lib. 4. Surdus consil. 150. n. 78. & consil. 430. n. 17. 430. Deinde cōditio inducit formam, qua omissa dispositio non fortitur effectum L. Mævius ff. de condit. & demonstr. L. qui hæredi ff. eodem testamento, & actus conditionalis non nisi conditione existente valet L. si quis sub conditione ff. si quis omessa causa testament. L. cedere diem ff. de verborum significacione, L. si quis fundum ff. de contrahen. empt. igitur in persona Antonii cum conditiones à testatore maioratum instituente impositæ non existerent, nec purificarentur nullum jus, in maioratu, et emphyteusibus tempore mortis suæ acquisitum obtinuisse dicendum videtur; ac proinde in Reum illud transmittere non poterat. Sic placet in confirmationem judicati.

Portu 28. mensis Novembris 1685.

Barradas.

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad supplicationis Senatum ubi confirmata fuit in deliberationibus sequentibus.

Difficiles quæstiones tractandæ veniunt in hoc processu; dependet enim earum resolutio ex voluntate

testatoris & ex juris nostri normis, secundum quas voluntas testatoris observanda est, non solum verbis claris expressa, sed etiam conjecturis deduceta ex Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3. doctissimus Pegas forens. cap. 4. n. 122. & 123. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. n. 39. vel etiam si de voluntate constet per testes ex quorum dictis plenissime interpretatio probatur, et si duo tantum in numero sint Mantic. de conjecturis lib. 3. tit. 2. n. 5. & lib. 12. tit. 16. n. 2. ampliat Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. n. 4. et hæc procedunt non solum quando voluntas constat ex his quæ in ipso testamento dixerit institutor, verum etiam ex his quæ ante testamentum in ipso actu aut postea testator declaravit, ex quibus probatis per testes, aut alios modos legitime probatur L. ex alia parte testamenti L. servus plurium §. fin. ff. legat. 1. L. cum propendiatur ubi glos. & omnes ff. legat. 2. Molin. dicto cap. 5. n. 40. et maxime quando pertendens erat consanguineus dilectus erga institutorem tunc enim pro eo deducitur voluntas ut probat text. in L. capienda §. quod factum ff. de regulis juris versic. ex affectione; hinc Paris. consil. 23. lib. 2. in quo quod propter affectionem receditur à generalitate, et proprietate verborum, et à regulis juris teste Decio in L. si actionem n. 4. Cod. de pænis, et sic merito Jureconsultus in L. alimenta §. 1. ff. de alimentis, & cibariis leg. inter consanguineos illos præfert, quos singulare dilectione testator tractabat Menoch. consil. 385. n. 9. & sequenti et talis dilectio non solum probatur dilectione consanguinei, et suorum, sed etiam aliorum consanguineorum, et patris vel matris quando de illa constare potest ex testibus, aut alio modo ex dictis à Pinelo in L. 2. Cod. de bonis matern. 3. p. n. 60. versic. probatur 2.

His

His sic suppositis de voluntate testatoris erga nepotes manifeste constat, quia multis testibus probatur institutorem esse fratrem Dominae Mariæ, et illam habere quatuor filios, quos valde diligebat. Aggravans erat senior vocatus junior, iste secularis, ille ecclesiasticus, idemque vocavit juniores, et exclusit seniorem quare omissus fuit, quia constabat testatori Matris voluntatem esse domum erigere in dicto Antonio primo vocato, et secundum hanc voluntatem Antonium vocavit, et ei addidit gravamen nominis de Sousa, ut patet, et ita post ejus mortem succedere debet Aggravans frater ejus nepos institutoris filius sororis, et senior, qui post obitum fratris possessionem domus matris ejus apprehendit, et est ex vera generatione dos Souzas, cui successio devoluta est post mortem fratris non obstante vocatione Aggravati, quia in nostris terminis non habet locum ut contra nepotem institutoris vocatum pro fratre ultimi possessoris judicatum extat in nostro Senatu in sententia 312. et sapientissimi Sodales ita acure esse receptum miris rationibus ostendunt in aureis deliberationibus fol. 305. et sequentibus, et ultra ea quæ ibi eleganter resolvuntur, ego addo alia fundamenta ex quibus hæc resolutio confirmatur.

Nam patescit ex actis causam nepotis junioris omisso seniore fuisse, quia senior Aggravans, & institutoris nepos in statu ecclesiastico existebat, quem postea relinquit, & uxoratus est, & capax successionis, & conservationis familiæ, & portationis nominis de Sousa, quo casu non solum comprehenditur in vocatione, sed secundum juris regulas intelligitur vocatus post obitum fratris, & non habet locum vocatus Aggravati, quia testator disposuit, ut di-

ctum est credens prefactum nepotem Aggravantem habitum clericalem ferentem, pluraque beneficia ecclesiastica tunc habentem, & possidentem, & in statu clericali per mansum fore, & si putaret eum presbiterum non esse, sed potius sacerdotem illum non omitteret, sed ut, seniorem vocaret, e non juniores ut in simili respondit Romano consil. 438. n. 5. & probat text. in L. si institutor & in L. pater filium & in L. si is qui ff. de in officioso testamento, & probat Tiraquel. in tractatu de decessante causa 1. p. n. 96. & sequentibus & notant. Doctores in L. ex facto in principio ff. vulg. ibi nec enim aut Patrem, aut Principem de hoc casu cogitasse verosimile est.

Et licet verba aliud sonent, attra- 33 men magis voluntas, quam verba intuenda sunt L. cum virum Cod. de fideicomissis L. si quis ita §. condit. ff. de alimentis legat. Inst. de legat. atque ita institutus censetur, & vocatus noster Aggravans post fratris obitum tanquam magis proximus, & dilectus ut probat text. in L. 3. Cod. de in officioso testamento Surd. consil. 431. n. 33. Lucateatro veritatis tomo 10. de fideicomissis, & maioratibus tom. 20. discurs. 115.

Semper enim intelligitur institu- 34 torem disponere velle rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus, nam si postea alteretur status, aut mutetur ex causa superveniente intellegitur mutata voluntas, & ab scriptura debet judex recedi; & sequi verosimilem mentem testatoris L. utilitatem, L. confirmingo ff. confirmingo testatore Mires 4. pag. 1. n. 42. & sequentibus, & ita succedere debet magis dilectus, & propinquus, itaque descendens aut transversalis, & excludere minus dilectum, & remotiorum. Gabr. consil. 90. n. 23. & non

est verosimile quod institutor voluisse præferre nepotem juniorem nisi ex causa clericatus, in Aggravante existente, & cessante causa intelligitur vocatus *Gregorio Lopes in L. 2. tit. 15. part. 2. glos. verb.* si dexasse h[oc]o vers. sed posse, & cum ista scilicet quia factus fuit sacerdotalis extra dubium est Aggravantem comprehensum esse in vocatione hereditis de qua fol. 8. ut notant Doctores in *L. cum servus ff. de cond. & demonstrat. Belon. consil. 9. n. 15. Luca dicto discurs. 115.*

Nec obstant quæ considerantur a Doctissimis Patribus Senatus inferioris, cessant enim non solum ex dictis, sed etiam quia non sumus in casu omnino omisso perpensis predictis fundamentis, ex quibus non solum verosimilis testatoris voluntas tacita, imo expressa nisi casus demonstratur, cuius ex causa extensio de uno ad alium, imo de persona fieri solet *Menoch. consil. 173. n. 39. Cassanato consil. 4. n. 820. Castilb. tom. 5. cap. 144. n. 43. & sequentibus, & eleganter Nogueiro. allegat. 9. n. 59. & sequentibus ubi in simili vocatione comprehenditur frater, & invocatione hereditis de qua fol. 8. etiam comprehenditur ut sunt verba *Baldi consil. 189. n. 2. ibi*, & sic verbum illud hereditibus comprehendit etiam sororem, quæ est proxima jure sanguinis, & agnationis, atque ita portio, & maioratus ad Aggravantem & etiam emphyteuses secundum testatoris nominationem ex dictis & à doctissimis Aggravantis patronis in utraque instantia exactatis. Sic censeo revocata sententia inferioris Senatus. Ulyssipone 31. Januarii 1687. Freyre.*

Deficilem sane agredimur in praesentiarum decisionem, agitur namque in hoc processu, cui descendenda sit maioratus successio, de

quo agitur. Armatur Actor vocatione expressa à fol. 9. Reus vero non solum una, sed geminata vocatione à fol. 7. & 8. se defendere vult, sed variis, & duplicatis conjecturis ex mente testatoris ortis, quismelius induat arma in consequenda victoria determinabitur.

Accedamus jam ad merita causæ, & ut Actor in præposita actione jus suum in veribus testamenti, & vocatione expressa à fol. 9. fundet, attamen quia in processu multoties repetita extant verba vocationis in illis transcribendis nunc non immorior, sed illis pro suppositis pro Actor respondere magis placet, nam ut ex verbis testatoris patet, & Reus non negat Actor, nomine proprio vocatus ad successionem maioratus quo deagitur appetit, & quoties 37 verba dispositionis sunt clara, cessat omnis disputatio *L. ille aut ille §. cum in verbis ff. de legat. 3. glosa ultima in L. Ancillæ Cod. de furtis Surdus cons. 58. n. 3. Castilb. lib. 4. contr. cap. 6. n. 48. cum sequentibus.* Atqui verba dispositionis sunt clara ut videntibus planum fiet: ergo recte venit dicendum nostræ hypothesis decisionem determinandam esse per *Ord. in 4. tit. 100. §. 3. ibi: naõ declarando, ou dispondo o testador em quaisquer dos ditos casos em outra maneira*, cui conformis est desilio text. in auth. de nuptiis §. disponent. collatione 4. Tenet. Thesaur. for. lib. 2. quæst. 12. n. 9. Covas lib. 3. Variar. cap. 5. n. 5. Papon. consil. 35. n. 1. ubi ait tenorem institutionis esse inspeciendum, quia provisio hominis facit *Causa legis prævisionem Tiraquel in L. si in quam verbo liber. n. 8. & 9. Molin. lib. 1. cap. 2. n. 27.*

Et licet voluntas sed vocatione Actoris adeo expressa non extaret, nihil minus tamen bonam causam fa-

vore dicendum erat , quia melius, &  
 38 utilius est verbis testatoris in hæ-  
 re , & errare , & testatori eidem  
 imputare , cur apertius non fuit lo-  
 cusc *Castilb. lib. 4. controv. cap. 6. n.*  
*27. cum sequentibus* , nam mens , et  
 voluntas dispositionis sumitur ex  
 verbis *Reminald. in consil. 458. ex n.*  
*98. lib. 4. idem Reminald.* quod nul-  
 lum est nostræ mentis majus testi-  
 monium , quam qualitas inspecta  
 verborum , sed ociosum est tempus  
 conterere , nam in nostra hypotesi  
 verba sunt clara.

Et luce meridiana clarior appa-  
 rebit Actoris justitia , meo videri, in  
 responsione ad fundamenta Rei , cuius  
 expositione latius me expediam.

Dicebam itaque in initio hujus  
 deliberationis quod Reus deffende-  
 batur non solum una , sed gemina-  
 ta vocatione. Videamus modo quo-  
 modo de prædictis vocationibus nos  
 docet Reus , & ut ex ejus perora-  
 tionibus appareat , deducit hujusmo-  
 di vocationes ex verbis testamenti  
 à fol. 7. & 8. ubi restator non so-  
 lum vocavit Antonium , sed ejus  
 39 hæredes. Plane hæredis appellatio-  
 ne non solum veniunt hæredes bo-  
 norum , sed etiam sanguinis , ut  
 tenet *Fusar. de subst. quæst. 339. n.*  
*1. ubi n. 41.* ait inuerosimile esse di-  
 cere quod testator voluit magis di-  
 ligere hæredes extraneos substituti,  
 quam instituti : sed sic est quod  
 Reus est hæredes bonorum primi ins-  
 tituti ; ergo recte fit consequens di-  
 cendum quod sub vocatione hære-  
 dum comprehensa fuit Rei vocatio.

Sed hac vocatione non obstante,  
 adhuc Actoris justitia non offendit  
 40 dirur , quia respondetur primo quod  
 ex doctrina ejusdem *Fusarij loco su-*  
*pra citato n. 42.* prædicta conclu-  
 sio limitatur quando disputatio non  
 potuisset verificari in hæredibus san-  
 guinis , quia tunc de extraneis intel-

Pars III.

ligeretur ex text. in *L. hæredes mei §.*  
*cum ita n. 230. ad Trebel.* ubi lo-  
 quitur de *Valde sene* , & *valetudi-*  
*nario* , & quando congrue , & vero-  
 similiter non potest intelligi de des-  
 cendentibus. Plane in præsentiarum  
 hoc non contingit : ergo hæc voca-  
 tio nihil refert.

Deinde respondetur quod quan-  
 do testator instituit hæredem Anto-  
 nium , & ejus hæredes adhuc non  
 cogitabat devocationibus ad succe-  
 sionem maioratus ad quem adver-  
 tendo restringit illud verbum (hæ-  
 redes) debere intelligi de descen-  
 dentibus tantum ipsiusmet Anto-  
 nij , nam si aliud voluisse expre-  
 sisset.

Nec conjectura amoris erga An-  
 tonium potest verificari in Reo ob  
 conservationem familiaræ dos Sou-  
*zæs* , quia si hæc fuisset voluntas  
 testatoris de illo faceret expressam  
 mentionem , aut de ejus sororibus ,  
 quia licet famina sit caput & finis 41  
 familiaræ ex text. in *L. pronuntiatio*  
*195. ff. de verbis signific.* attamen  
 in defectum masculorum bene po-  
 terat conservari familia eo aditamen-  
 to , quod ejus filij cognomine dos  
*Souzæs* haberent , quod cum ita non  
 exprimetetur dicendum est amoris  
 conjecturam solum respectu Anto-  
 nij locum sibi vendicasse , quod  
 non solum ex dictis colligitur , sed  
 etiam probatur ex testium deposi-  
 tionibus quatenus affirmant testato-  
 rem familiaritatem non habere cum  
 Reo , & ejus matre , quod recte  
 comprobatur ex teste contra produ-  
 centem ipsius Rei à fol. quatenus  
 affirmat testatorem ei interrogasse  
 cuinam ex filiis ejus sororis debe-  
 bat ad successionem vocare , quod  
 non aliter fuit quæsumum nisi quia  
 testator cum ejus sorore non habe-  
 bat tractum , & amicabilem sangu-  
 inis familiaritatem.

Denique respondetur quod Reus tanquam Antonij hæres fuit vocatus nomine collectivo. A. vero nomine proprio, & specialiter. Atqui vocatus specialiter, & nomine proprio præfertur nominato collectivo nomine *Fusar.* quæst. 359. n. 1. ubi plures refert, & rationem asignet,  
 42 quia ex speciali nomine colligitur maior affectio *L.* cum ita §. in fideicomisso ff. de legat. 2. ubi communiter *Doctores Menoch.* consil. 200. n. 12.

43 Quæ quidem conclusio ampliatur ut procedat quando nomine collectivo vocata sunt prius in ordine literæ, & postea nominantur alijs proprio nomine, hi enim aliis præferri debent, tenet *Bartol.* *Paulus de Cast.* in dicto §. in fideicomisso, & ibi *Alciatus* n. 4. quos refert, & sequitur *Menoch.* dicto consil. 200. n. 12. & consil. 705. n. 7. & sequenti ubi alios addit & ratiō est quia præsumptio, quæ oritur ex neminatione speciali, est efficacior illa, quæ resultat ex ordine literæ, arguento *L.* quoties ff. de usufructu. Plane sic est in nostra hypotesi: ergo rete venir Reus excludendus admissio Actore tanquam nomine proprio vocato.

Excluso sic Reo ratione vocationum superest, ut eum à conjecturis, quibus cognabatur defendere vertamus. Et prima conjectura ex eo deducitur nempe, quod voluntas testatoris quantumcumque firma, & expressa ex causa postea superveniente, aut emergente infringi, mutari, & alterari, & non servari posse quoties vero simile sit quod testator ita voluisse, aut expressissit, si talē causam seivisset; eam ne cogitasset ad text. in *L.* tale paclum §. fin. ff. de pacl. text. in *L.* utilitatem, & in *L.* in confirmando ff. de confirmingando tute *L.*

3. §. si pater cum verific. sequenti usque ad §. quod in extoribus ff. de administr. tutorum Mantic. ut conjectur. ult. voluntat. lib. 3. tit. 3. n. 19. & 20. *Castill.* controvers. juris cap. 59. n. 1.

Quia respondetur quod licet vera sit prædicta conclusio, attamen in nostra hypotesi verificari nequit, quia de novo non emergit casum, de quo testator non haberet scientiam nam ex actis planum fit testatorem scire, & bene scire Reum in rerum natura existere, & cum cogitasset de descendantibus Antonij, ad vocationem Actoris statim transitum fecit, qua de causa mortuo Antonio sine descendantibus non potest dici quod causa de novo contingit obquam testator de voluntate mutasset, & obiter dicam in Rei exclusionem, quod verosimile est testatorem non amasse Reum, quia ceteris fratribus aliquid testamento legati relinquisset de Reo in suo ultimo elogio non meminit.

Eodem modo respondetur ad 46 aliam regulam qua docemus omnem dispositionem debere intelligi rebus sic stantibus, quia responderetur cum *Menoch.* consil. 156. n. 32. quod intelligitur quando noua justa causa superveniens non fuit ab initio cognita, & cogitata. Plane hoc in praesentiarum non potest dici: ergo &c. & sic responsum præstamus ceteris conjecturis resultantibus ex verosimili mente testatoris, quia hujusmodi verosimilitudo non potest dari, neque accommodari ad nostrum intentum, habens enim vocationem expressam Actoris in defectu Antonij, & ejus descendantium.

Neque obstat dicere quod ex 47 conjecturata mente testatoris possunt, induci novæ substitutiones quin de illis in testamento non fiat expressa mentio ad text. in *L.* cum *Avus*

*Avus ff. de conditionibus, & demonstrat ad text. in L. cum acutissimi Cod. fideicomiss. quia dato quod dispositio horum jurium non solum procedat respectu descendientium, sed etiam vera sit respectu collaterallium ex identitate rationis colligitur ex Covarr. praticar. cap. 38. n. 12. sub §. quod si dixeris & in versic. id circa tenet Nogueiro. allegat. 9. n. 59.*

Attamen in nostra hypotesi verificari nequit, quia sumus in diverso casu; non enim fuit vocatus primogenitus, sed quartogenitus, de primogenito nulla facta mentione. Deinde non agitur ad excludendum extraneum, quia Actor ex familia, & de sanguine testatoris denominatur ab ipso met testatore, & cum expresse fuisse vocatus in defectum Antonij, cur ex conjecturata mente testatoris illum excludere debemus. Ex dictis jam clare patet de bono jure Actoris, quo ad majoratus successionem.

Acedamus modo ad emphyteusum nominationem, quorum respectu ni falor etiam Reus bonam non fovet causam. Constat namque ex testamento quod institutio, & nominatio emphyteusum facta in persona Antonij non fuit primo, & principaliter, quia primo, & principaliter nominatus, & institutus fuit Emmanuel testatoris filius ut patet ibi para o que tambem fendo necessario o faço, e instituo por meu universal herdeiro, e o nomeio nas vidas dos prazos, em que o posso nomear. Plane in his terminis Antonius fuit substitutus atqui dum locus est instituto, substitutus non admittitur text. in L. 3. ff. de acquirenda hæred. eum vulgaribus: ergo &c. Deinde Reus, inquam Antonius ad hanc successionem, seu nominationem solum vocatus fuit; casu, quo Em-

manuel beneficio frueret, ibi e tendo beneficio succederet o dito meu jo-brinho Antonio de Souza. Plane ex actis demonstratur Antonius è vivis decessit, antequam Emmanuel beneficium haberet: ergo aut ex eo quod substitutus non admittitur quoties locus est instituto, aut quia nominatio Antonij fuit facta sub conditione, quæ impleta non fuit, semper Reus venit excludendus.

Ulterius removetur Reus; quia ut colligitur ex verbis testamenti, testator jussit emphyteusim vendere, ad hoc ut ejus pretium majorati uniretur, quod recte facere poterat, ut tenet *Caldas de extinção cap. 10. n. 20. in versic. pari etiam ratione Castilholib. 4. contr. cap. 13. n. 19. ubi n. 20. ampliat hanc conclusionem.* Quare ex his, & aliis consueto omissis propter temporis angustias pro Actore respondere placet in confirmationem sententiae inferioris aulæ, quod ita placet. Ulyssipone die 5. Aprilis anni 1687.

Mouzinho.

De majoratu prælens communis non est, ideo gravis ut præcedentes Domini agnoscunt in qua unitate quisque litigantium istius majoratus successionem sibi vindicare vult, & etiam pro utraque parte pugnant amantissimi sodales, sed cum in hoc casu voluntas testatoris omne regit illa viam nobis aperiet per quam securio pede eamus.

Testator in suo ultimo elogio fol. 8. hæredem instituit Antonium, & ejus hæredes, & postea omnia bona sua vinculavit vocato eodem Antonio, & si absque liberis legitimis decessisset tunc, & vocavit Emmanuel de Souza, abiit Antonius sine liberis, unde oitur prælens questio enim fratrem Antonij, & dictum Emmanuel, Emmanuel vult succedere quia nomine proprio

prio vocatus; Reus tanquam fratri sui hæres vocatus sub nomine collectivo hæredum.

Hæc est dispositio, et controværtia, in qua pro parte Actoris stat voluntas expressa, pro parte Rei voluntas præsumpta, et non rejicitur voluntas expressa verbis claris pro lata propter voluntatem præsumptam, ac conjecturatam, ut sit Mantic. de conjectur. lib. 3. tit. 4. n. 2. ubi n. 6. si dicit.

*Et quidem durum est recedere à verbis claris propter conjecturam satis levem.*

49 Et est text. in L. nos qui ducent, & ibi Bartol. ff. de rebus dub. In verbis claris suam voluntatem explicat testator, & in dubiis nos debemus explicare voluntatem testatoris, & multum differt si quis suam voluntatem, aut alienam explicit, quia si veritatem dicat, alienam quod præsumit dicit, & quando pro una parte stat vetitas pro alia præsumptio succedit regula, quod præsumptio cedit veritati; cedat ergo voluntas præsumpta voluntati expressæ.

Emmanuel se substitutum ostendit, & substitutio semel facta in testamento nihil amplius audiendum est textus est expressus in L. si quis ita substituerit ff. de vulgarib. Julio Claro §. testament. à n. 3. quæst. 76. & quanvis essemus in dubio pro substituto judicandum foret, quia in dubio pro substituto præsumitur text. in L. ex facto §. penult. ff. ad Trebel. Mantic. de conjectur. lib. 5. tit. 4. n. 19.

Nec substitutio impugnari potest nisi à filiis institutoris Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 5. n. 19. Grat. For. cap. 965. n. 25. Sileat ergo impugnatio Rei, & vigeat inferioris Aulæ sententia. Circa quæstionem emphyteusium omnia præcedens Dominus eleganter dixit. Ulyssipone 15. Maij anni 1687.

Motta.

Hæc sententia impedita fuit cum exceptionibus super quibus fuit sententia sequens.

Acordaõ os do Dezembargo, &c. Recebem, e julgaõ por provado o ultimo artigo dos embargos, e os mais rejeitaõ vistos os autos, e como delles conste nomear o defunto os prazos de que se trata no irmão do embargante, o qual outrossim por seu falecimento nomeou no dito embargante os ditos prazos, termos em que pelo justo titulo da nomeaçao lhe ficaram pertencendo, sem que obste o primeiro nomeado não deu compromimento às condiçoes debaixo das quais o defunto lhe nomeou os ditos prazos, termos em que não ficou adquirindo direito nelles, nem podia transferir no embargante o direito que não se tinha radicado na sua pessoa. Por quanto a conforme, e communia opiniao dos Doutores nos prazos de nomeaçao, ou de pacto, e providencia não pode o nominante por condiçao alguma porque o dito prazo não se recebe do nominante, mas do primeiro co-incidente; sem que outrossim obste que o primeiro nomeado fay herdeiro do nominante termos em que conforme aos de direito, e resoluçao dos Doutores está obrigado a cumprir integralmente as condiçoes, e gravames que se lhe puzeraõ na nomeaçao dos pazos, por quanto esta disposição se limita no caso em que o nomeado aceitou a herança a beneficio de inventario, como no caso presente, porque só está obrigado a satisfazer as condiçoes, e gravames conforme aos bens que teve da dita herança; por tanto julgaõ pertencer-lhe os ditos prazos em virtude das ditas nomeaçoes, e que na execução se liquide o valor dos bens da herança que teve do dito defunto o primeiro nomeado irmão do embargante recebeu da dita herança entre-

gará

garà em dinheiro ao embargado, e no mais a sentença embargada passe pela Chancellaria, e se entregue à parte, e condemnao ao embargante, e embargado nas custas dos autos. Lisboa 15. de Fevereiro de 1689.

Basto Pereyra. Doutor Maya.  
Mouzinho.

Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Erudite, subtiliterque formata fuere objecta impedimenta, qua de causa encomio magno digna sunt. Ast mentem meam in contrarium non vertunt, unde inculpabilis remanet ignorantia, quæ ad illa rejicienda potius inclinat, quod sic placet. Ulyssipone die 25. Novembris anni 1687.

Mousinho.

Impedimenta, quatenus respectu vinculi sententiam inapugnant, rejicerem, habet namque Actor in sui favorem expressam, & claram vocationem, igitur Reum ad illud amittere non possumus ex conjecturis ex L. non alia ff. leg. 3. maxime cum nullis testamenti verbis enixa detegantur, ex quibus mentem testatoris Reo faventem colligere possumus, ut locum habere possit regula text. in L. cum proponebatur 64. ff. legatis 2.

Quoad emphyteuses vero contraria mihi mens est, existimo quippe testatorem Antonium ad emphyteuses nominantem onera ipso testamento imposta, valide adstringere non posse, quia apud nostros obtinuit nominatum à nominante non posse gravari, nisi quatenus nominans ei de suo ultra nominationem præstiterit ex regula text. in L unam ex familia 67. §. 1. & §. sed & si fundum ff. legat. 2. cum similibus; de quibus de suo more Caldas de potestat. eligendi lib. 3. cap. 16. à n. 3. usque ad 5. & quavis à n. 6. contra-

riam, & in puncto juris vetiore agnoscat sententiam, ut docte de jure demonstrat tamen num. 14. in fine, in praxi non obtinere tam in Emphyteusis de pacto, & providentia, quam liberæ nominationis, & communiter invaluit sententia emphyteusim gra- 53 vamen non admittere, nisi quatenus nominans ultra nominationem de suo dederit, tradit cum pluribus Pinheiro de emphyteus. 2.p. disput. 6. Sectio ne 6. §. 5. à n. 126 & 130. Et liceat hæc regula, seu communis sententia limitetur casu, quo nominatus gravamini expresse consensit, aut tacite hæreditatem nominantis adeundo, ut videre est ex Caldas dicto cap. 16. n. 23. versic. 2. & principaliter, & n. 25.

Tamen in præsenti nulla ex prædictis limitationibus locum sibi vendicare videtur, non primum, quia nominatus Antonius gravamini imposito non assensit, imò expresse rennuit ut patet ex ejus testamento. Non secundum, quia viso, & attente de jure testamento, non Antonius, sed testatoris filius hæres institutus detegitur; licet quippe Antonius primus institutus appareat, & pro regula tradatur quod hæreditas testamento data, eodem testamento adi- 54 mitti non possit textus formalis in L. si ita scriptum 13. §. regula ff. lib. ris, & postb. L. si certarum 17. §. si eodem ff. militari testamento; hæc tam regula locum non obtinet quo- ties hæreditas data est alieui sub conditione, & subcontraia condicione admittitur, tunc enim proprie hæreditas data non admittitur, sed non data ex text. sic intelligendo cum Chesio interpret. juris cap. 17. n. 55 12. in L. pater famil. 44. ff. hæreditibus inst. & casus hujus textus est Quis hæredes instituit, & iussit monum entum facere, inde in eodem tes tamento subjicerat, si qui monumen tum non fecerit, omnes ex hæredes esse,

esse, ex textus ubi supponitur, ut si quis ex illis monumentum non fecerit, ex hæres sit prout casus considerat in dicta L. si ita scriptum & ad L. 1. §. penult. ff. de his, quæ in testamento delentur & quanvis in dicta L. pater fam. hæreditas data pure videatur, & solum submodo, non sub conditione nisi cum non ex formula verborum pendeat: an conditione sit, nec, ne sed ex mente, & voluntate testatoris ex L. 2. ff. de his quæ pena nomine L. in conditionibus 19. §. 1. ff. conditionibus, & demonstrationibus cum similibus, & cum in illo textu ea esset testatoris voluntas, non aliter institutos esse hæredes, quam si monumentum fecissent, ut intelligitur ex sequentibus verbis consulta ibi si non fecerint ex hæredes sunt, igitur ille modus adjectus ex mente testatoris vim conditionis subit ut bene concludit Chesus proxime n. 12. & sequenti contra casus, qui non bene per text. in dicta L. pater famil. pro regula tradit, quod hæreditas eodem testamento dari, & adimi potest, quia non satisfacit text. in dicto §. regula, nec ei respondit, sed ejus literam corrumpit, quod absit, sed ex predictis recte colligitur, quod aut sequimur casus doctrinam pro regula tradentem hæreditatem eodem testamento adimi posse, sive Chesus admissentis ad emptionem modo supra explicato intelligendo text. in dicta L. 44. de hæredibus inst. utroque casu nostro Antonio hæreditatem ademptam fuisse patet, quin quanvis submodo institutoris videatur tamen ex verbis sequentibus, ibi nō herbara nata de meus bens, juntos antecedentibus, & sequentibus ex quibus aperite colligitur testatorem noluisse Antonium existere hæredem priusquam modus fuisse adimpletus, consequenter que modus ibi injunctus

non ex mente testatoris conditionem subire, recte colligitur.

Sed instabit aliquis quod ex praesenti Antonius non extitit hæres, quia non pure, sed sub conditione congruum beneficium Emmanueli querendi institutus fuit juxta supra dicta, igitur conditione non impleta, non permanxit hæres: ergo nec nominatus ad emphyteuses, cum sub eadem conditione nominatus detegatur, consequentia tamen non adhæreo, quia licet subtilis Costa nominationem conditionalem admitteret, & in hac forma gravamen ei adjungi posse existimet per text. in L. assignare 7. ff. assignandis libertis, & aliis hanc sententiam adstruat fundamentis de quibus Caldas de potest. eliquid cap. 17. à n. 9. tamen ipse Caldas contrarium resolvit, & fortioribus nuntiatur principiis à n. 12. quæ mihi verior est ex regula L. suis, & Augerius 27. ff. ad L. Falcidiam eandem opinionem sequitur noster Pinheiro dicta disputat. 7. Section. 5. n. 132. igitur quanvis institutio fuisse conditionalis, nominatio tamen permanxit pura conditione rejecta.

Tamen licet supra dicta de jure recte procedere videntur dum ad testamentum oculos, & mentem verto, attamen dum ad sententiam inter Antonium, & Emmanuel latam, non ita mihi videntur, ibi neque decisum extat Antonium illico omnium bonorum proprietatem quæsiisse, & Emmanuel usum fructum, quod quidem verificari nequit nisi Antonio existente illico hærede, quæ quidem sententia utpote tantum super hæreditatis decisione lata in rem judicatam transivit respectu hæreditatis cum inter legitimos & solos contradictores circa hæreditatem prolata fuisse, & vulgare est quod 56 sententia quæ in rem judicatam transivit pro veritate habetur, & facit de

dealbo nigrum, nec id queri potest quomodo judicatum *Valensuela consil. 72. fere per totum, & consil. 68. per totum*, igitur ex sententia, hæreditatis divisione, & ad judicationem facta Antonius hæres permanit, si non ex jure prout supra dixi, ex sententia, quæ jus inter partes facit id circa supposita sententia, que Reo ut pote Antonii hæredi certe nocet, negari nequit gravamen substantinendum, quanvis enim Antonius in suo testamento dicat se advisse, & gravamina, illico respuisse, hacque protestatione hæreditatem acceptasse, hæc protestatio ut pote ipsi facto contraria attendi de jure non debet juxta vulgaria, nec enim ferendus est, qui commodum alicujus rei amplectitur, onus autem ei injunctum subire recusat *L. emit §. pro secundo ad finem Cod. caducis tollendis.*

Attamen, ut à principio dixi, cum nominatus solum onus, & gravamen sibi injunctum subire tenetur, quatenus ex bonis nominantis ad eum devenit, & constet in praesenti inventarium fuisse confectum, ut patet, sequitur quod in tantum substantiebitur gravamen, quatenus ex inventario constiterit de bonis defuncti Antonium lucri facere, quod in liquidatione patebit, & hoc juri consonum est, quia Doctores quatenus afferunt nominatum in emphyteusi, & institutum si nominantis hæreditatem adeat integre gravamen deberet adimplere, loquuntur casu quo simpliciter adivit, nullo inventario confecto ut patet ex *Cald. de potestat diligendi dicto cap. 16. n. 25. vulgare enim est, inventarii beneficium hæredi salva, & illam facere omnia bona, quæ hæredis sunt, & alio testamento, quam hæreditario ei obvenire notant omnes ad text. in L. fin. Cod. jure deliberandi Surd. dicto tit. 8. privileg. 14. à principio.*

Pars III.

Concluendo itaque Reo onis injunctum respectu emphyteufis esse subitum in quantum ex bonis hæreditariis, & etiam vinculo maioratus subjectis accepisset, quod in liquidatione demonstrabitur, & quoc Reum recipille constiterit Actor in pecunia reddat Ulyssipone 14. Junii 688.

D. Vieira.

Cum præcedentes Domini collendiffimi quoad rejectionem impedimentorum vinculum maioratus recipientium conformes existant; judicium super illis interponere jam mihi non licere videtur, & quanvis ad aliam articulorum materiam, quoad scilicet predia emphyteutica, & gravamina illis injuncta à Reo tanquam hærede hæredis subeunda, non modicam cum prima quæstione minimè que remotam ad finitatem hoc secundum dubium habere existimem, dum non esse hæredem quoad vinculum, & talem reputari quoad onera emphyteuticis nominationibus injuncta, meam non parum mentem implicant, quibus repetitæ declarationes administratoris ejusdemque hæredis, & sententia causam dedere; attamen his jam separatis quæstionibus, ac in se divisis, prout extant, quoad intentum hæredem sane video Antonium in dicta sententia judicatum, quod quidem satis est, ut ad onera injuncta à testatore teneatur eum illius posset de jure onerare quem in hæreditate oneravit, cum igitur decisum extet Antonium testatoris hæredem esse pater non obste primi hæredis inutili protestatione circa prædicta onera in nominatione, seu prediis nominatis imposta, cum vere nominatus fuisse, nec ex adverso quidquam proponatur, quod nominationem infirmet, & emphyteutica predia Retum habere, & dicta onera teneri solvere intra vires hæreditarias cum proximiori Domino placet.

Vv

placet. Ulyssipone die 25. Junij anno 1688. Doutor Maya. Dixi nulliter pertence ao senhor Joseph Galvaõ.

**57** Disputant Doctores an in emphyteusi nominationis possit nominans, apponere onus , seu gravamen nominato , & communiter resolvunt negative Card. in praxi cum multis quos refert verbo emphyteuti n. 47. Caldas de renov. quest. 16. n. 23. & potestate eligendi cap. 16. n. 3. & 19. & cap. 17. n. 12. cum sequentibus & consil. 31. n. 9. & consil. 32. n. 2. & 3. & consil. 8. n. 28. Gam. decis. 196. n. 2. Pereira de Castro decis. 26. n. 5. August. Barbos. in reportorio verbo nominatio ubi cum Bartol. in L. mortis causa ff. de donat. causa mortis , inquit quod nominatus non capit à nominante , sed à primo concedente, idem Valasc. consil. 132. n. 37. quod procedit etiam quando onus est impositum sub conditione Caldas dicto cap. 17. n. 14. Pinheiro de Censu , & in praedicta disput. 7. sectione 5. n. 132. & quanvis Caldas dicto cap. 17. n. 15. Velit quod si nominans dicat, quod si nominatus recusaverit , tunc nominat alium , procedere contrariam opinionem; attamen cum Bartol. dicto loco contrariam verius dicerem, ex ea met ratione , in verbis ibi (quia per eam fieret fraus contra intentionem domini directi, à quo nominatus censetur habere , & nominatio , ac electio est actus legitimus , qui non recepit conditionem) idem Doctores supra.

Nunc ad casum constat impedientem fuisse nominatum ad emphyteuses cum conditionibus ibi positis, constat tamen quod impediens illas non acceptavit ex dictis dicere debemus quod nominatio tenet , & conditiones rejici debent non parum faciet sententia ut doctissime considerat secundus dominus, nec me mo-

vet illa conditio, quod emphyteuses vendatur casu, quo dominus directus non prestet facultatem vinculandi quia ipsa conditio affert idem onus, & gravamen, & non invenio rationem cur in isto casu admittatur gravamen in aliis non maiori cum ratione hoc procedit quia nominatus virute nominationis tempore habili consecutus fuit novam investituram per jus renovationis. Deinde ex dicta renovatione colligitur emphyteuses esse finitas , & cum sic foret cessabat venditio , quod bene cognovit testator in testamento ibi : e denegando se renderão eslando em vida que se possão vender , &c. & in tantum quod jus renovationis non est æstimabile, nec in colationem venit Pinheiro dicta disput. 7. section. 2. n. 28. & multo magis in emphyteusis enim hæreditariis , solum hæres potest petere renovationem , & in emphyteusis de providentia solum habentes qualitates investiturae Pinheiro dicta sectione 2. n. 14. & 20. & sic cum non sit æstimabilis jus renovationis , meo videri non debet nominatus , ut maioratibus annexatum reddere valorem emphyteus per importantiam hæreditatis ut praedictus Dominus jubet , verum si detur emphyteus in quo testator habuisset vitam ad nominandum tunc in ista juberem compensare cum valore illius cum valore hæreditatis ex rationibus eruditissime consideratis per Dominum , secundo loco , deliberrantem , cum quo convenio in illa parte , in qua dicere possum , cum praedicta tamen declaratione. Ulyssipone die 8. Julij anno 1688. Mesquita. Videat Dominus sequens dicturus in quibus dixi.

Quæ inutiliter in mea deliberratione dixi , nunc utiliter retineo , neque praecedentis Domini arridet declaratio , tum quia ad onera sub-

eunda

cunda non rerum emphyteuticarum, quae regulatur ab oneribus ab testatore impositis sunt immunes, va-  
lor est attendendus, sed immo so-  
lum hæreditatis vires inspeciendæ  
sunt, tum etiam quia siquid pon-  
deris in præsenti prædicta habet de-  
claratio, id totum ad liquidationem  
pertinere existimo, & de hoc, quæ  
in secunda doctissima deliberatione,  
cui subscripsi, jam cautum extat,  
ut igitur dixi, judicare placet. Ulyssipone die 4. Januarij anno 1689.

Doutor Maya.

Declarationem additam à doctissimo Domino tertio loco dicente etiam respuo, cum hujus loci meo videri non sit, sed ad executionem respiciat ad quam illam remitterem. Ulyssipone 23. Januarij 1689.

Basto Pereira.

Hæc sententia impedita fuit cum exceptionibus, quæ fuerunt reje-  
cta, & fundata fuit sententia in de-  
liberationibus sequentibus.

Difficilium processum iterum in-  
dagare mihi opere pretium erit. Tan-  
ti enim patroni argumenta, quibus non vulgari dexteritate meum suf-  
fragium dilvere intendi, me iterum deliberare coegerunt, ut eorum ja-  
cula deviare possem in justitiae ob-  
servantiam, quam semper præ ocu-  
lis Deo doce habere soleo.

Adhuc enim meam deliberatio-  
nem substineo. Et ad exceptiones hoc dilema satisfacio. Aut Antonius principio non extitit hæres, prout de jure non extitit, ut in concusse demostravi in mea prima delibera-  
tione, aut extitit ratione senten-  
tiae ibi relatæ. In primo casu nega-  
ri nequit Antonium gravamen non esse subitum, nam cum nominatus detegatur in dependenter ab ins-  
titutione cum additione hæreditas, & gravamini expresse non con-  
fissit, sequitur emphyteusis ab eo

immunitis ad eum ex nominatione decreuisse, quidem pura, condicio-  
ne rejecta ex dictis in meo suffragio.

Si vero non jus cum testamentum juxta juris regulas interpretatum non attendimus sed sententiam in qua Antonius fuit habitus hæres, quæ quidem potius excipienti, quam excepto proficia fuit, etiam indubium teneo onus Antonio in-  
junctorum in tantum esse substinen-  
dum in quantum iste ex bonis Pe-  
tri obtinuit sive liberis, sive ab eo  
vinculatis prout in mea liberatione concluditur, sicque sententiam esse exarandum existimo, quodquidem in executione facile constare potest ex inventario, quod certe extitit prout patet ex certitudine. Supra dicta mihi in dubia sunt ideo non immoror.

Illud tamen mihi maximum ne-  
gotium fecit, scilicet, quod quanvis emphyteuses contentienis in se vin-  
culo subjici non possent, recte tamen poterat earum æstimatio, quod & Do-  
ctores, & exemplis demonstrare in-  
tendit vigilantissimus excipientis pa-  
tronus, sed his non obstantibus nec  
æstimationem deberi nisi modo su-  
pra dicto firmiter teneo. Quinim  
teneat *Caldas de extinct. cap. 10. n.  
19. & 20. & Castilh. lib. 4. controv.  
cap. 13. n. 17.* & aliorum ab eo re-  
latorum, authoritas, nam si recte perpendantur, meam non offendunt resolutionem, ad quod per-  
cipiendum, advertendum est, fa-  
ciendam esse differentiam inter ca-  
sum, quo testator omnia sua bona vinculo subjicit, et nulla circa emphyteuses nominatio præcedente gravat hæredem, aut maioratus suc-  
cessorem, ut ipsas vendat inter cer-  
tum tempus, et ipsos gravat, ut ex pecunia redacta bona libera e-  
mat, et hæc ex nunc prout ex tunc  
vinculo subjicit, aut quando sim-

Yv 2 pliciter

pliciter omnia sua bona vinculo subjicit, et etiam emphyteutes prout de jure potest, aut quando expressae earum estimationem vinculo supponit, nulla in his casibus nominatione praecedenti; et inter casum, quo nominat emphyteuses, et nominatum gravat, aut rogar, ut vinculo supponat, ceu vendat, et estimationem in vinculi augmentum arroget.

In primo casu omnibus que ejus partibus à me proxime consideratis procedunt doctrinæ prædictorum Doctorum contra meam resolutionem adductorum; secus vero in secundo totum bene comprobant *Caldas dicto cap. 10. dicto n. 19. cum sequenti junctis n. 21. versic. verum* quam differentiam non impugnant *Castilh. et alij, imo juxta eam loquuntur si verum verba, et mentem perpendimus.*

Et licet inter prædictos casus ab ipso *Caldas* clara non detegatur ad intentum differentiæ ratio, eam tamen præstabo. Nam in primo casu, omnibusque ejus partibus vinculum in estimationem subjicit, ea que vinculata illico permanet ab ipso testatore cum institutore maioratus independenter ab ipso facto hæredis tantum enim in pecunia refici potest, *juxta text. in L. tantum 88. ff. de verborum significat. L. si pecunia 12. ff. legatis 2. L. hæredes 25. §. ultimo ff. famil. erciscund.* licet è contrario non dicatur bona habere, qui pecuniam habet, ex qua bona emi possunt; hinc venit ut possim in pecunia per vindicationem legare pecuniam, quæ ex meis bonis effici possit, quanvis bona, et pecuniam haberem dicta *L. tantum, juncta optima explicative Valencuel. illustr. ad tit. de legatis 1. lib. 3. tract. 5. cap. ultimo n. 5. et indubitum est legatum vindicationis sub-*

sistere, ejusque dominium a testatore in legatarium transferri immediate ut independenter à facto hæredis *L. legatum 80. ff. legat. 2. L. à Titio ff. de furtis explicat. Dom. lib. 8. com. cap. 18.* Plane testator *61* insimule emphyteufis possessor in sua vita dominus est, et potest emphyteufis vendere, post ejus mortem penis emptorem permanetur, igitur si potest vendere, emphyteufisque ad pecuniam reducere, potest de tali pecunia, ut sua disponere, et dum emphyteufis vinculum ob qualitatem relieti subsistet non possit in emphyteufi subsistet in estimatione ex text. optimo in *L. filius famil. 114. §. si quid alicui 5. ff. de leg. 1.* Unde in prædictis casibus ipsemet testator vinculum facit per se, et ei tribuitur vinculi constitutio, et ideo Doctores approbant illas clausulas ut ex pecunia ab emphyteufi redacta libera bona emanent, et vinculata permanent ex nunc prout videre est ex *Caldas, & Castilh. supra.* In ultimo vero casu non ita, nam cum præcedat nominatio, et nominatum gravet, vel quod idem est, post nominationem vinculo emphyteufis subjicit, ceu earum estimationem permanet nominatio modalis, et iste modus ab ipso nominato esset adimplendus gravamen que exequendum, et cum nominatio gravamen non finat quia nominando nihil de suo donet fideicommissum, ceu gravamen subsistere nequit nisi quatenus aliunde ex aliis bonis propriis nominato relinquat ex regula *L. ab eo Cod. fideicommissis cum vulgaribus, et procedunt doctrinæ de quibus in mea prima de liberatione *Caldas dicto cap. 10. de extincione emphyte. n. 21. versic. verum.* Plane viso testamento, in hoc ultimo casu sumus, patet, ibi: *com as condicōens, e mais encargos abai-**

*xo declarados, e para esse effeito o nomeio nos prazos &c. et postea fol. 8. vers. gravamina supra relata declarando vinculum constituit, hæredem simul, et nominatum emphyteus non vendere, licentiamque à Domino ad vinculandum impetrare gravavit, et si eam non obtinuissest emphyteus vendere jussit, ut in estimatione vinculum subsisteret, quæ omnia nominationis subsistunt sequuntur, non vero procedunt, prout est natura modalis ex text. cum similibus in L. eas causas 80. ff. conditionibus, & demonstrationibus, et quanvis noster testator non per verbum modi, sed conditionis loquatur, ibi: *com as condicōens*, hic conditio pro modo sumitur *juxta L. 1. Cod. conditionibus*, *que sub modo*. Unde cum in praesenti nominatio præcederet, non potest subsistere vinculum ceu gravamen ab nominato implendum, nisi modo explicato in mea prima deliberatione.*

Ex dictis quiescit primi exempli argumentum hoc enim, doctrinaque, in qua nititur ad primum casum à me supra explicatum attinet; ut patet ex verbis vinculi ab excipientis patrono relatis, aliud vero exemplum, quod ad nostrum casum magis accedere videtur, me non terret, nam quanvis idem judicarem, cum ibi testator uberrimum bonorum alodialium maioratum constituissest, & ita plus ex bonis liberis teliquisset, quam ut emphyteuses successores prædicto gravamini adstringi tenebantur, ex eo quod maioratum accepissent, non nego enim, nec nunquam negabo in praesenti subsistere gravamen quatenus bona aliunde relicta supeditarent, et hoc idem in praesenti judico, et quanvis vigilantissimus patronus excipientis hoc exemplo me convia-

cere intenderet, non exemplis, sed 62 legibus judicare teneor; deinde sententiae nostri Senatus solum in decisione jus facere possunt, non vero in fundamentis decisionis, multoties enim ex falsis fundamentis veritas eruitur et ò utinam in praesenti contingat. Reliqua pro excipiente allegata parvi pendo, igitur in impedimentorum refectione amplius non immoror. Ulyssipone 11. Augusti 689.

Doutor Vieyra.

Impedimenta reciperem, et probata judicarem, quia quanvis nominatus in emphyteusi non possit gravari in ipsa nominatione attamen in nostro Senatu communiter amplectitur illa opinio de qua *Caldas de extinctione cap. 10. n. 20.* & alij relati in prævarctionibus Actoris, nempe quod testator possit gravare nominatum in emphyteusi apponendo conditionem, ut illam vendat, & ex pretio emat bona, quæ majoratibus annexet, & quanvis hæc opinio sit valde inter Doctores controversa, cum sit communiter observata mihi videtur amplectenda. Moveor quia quanvis contraria opinio sit vera, attamen bene limitatur, quando qui gravat nominatum, illum hæredem instituit, vel quando nominatus consentit gravamini; judicatum refert *Pegas forens. cap. 10. n. 31. & 32.* Et cum hoc certum sit in nostro calu bene verificatur hæc limitatio, invenimus namque quod testator instituit hæredem, & in ipso hærede emphytesim nominavit cum conditionibus ibi positis, scilicet, quod ex omnibus bonis maioratum ficeret, & postea jussit quod beneficium filio suo impetrasset, & interim bona essent apud filium; talis hæres, hæreditatem acceptavit, & adivit, & nihil de gravamine conquestus est,

in his terminis secundum prædictam opinionem communiter receptam, tenet gravamen, ex eo quia nominatus quanvis gravatus fuit hæres institutus, & etiam quia consentum præstavit gravamen, idem invenimus filium testatoris esse in possessione bonorum emphyreus; & si nominatus non consenseret, certum foret quod impeditret filio possessionem talium bonorum, nec erat necessarium quod nominatus expresse consensum præstaret gravamini, sufficiebat enim quod taceret, *Fragoso de regimine repub. tit.*  
*3. lib. 6. disput. 9. §. 25. n. 4.* ex hoc sequitur, quod sicut prædictus hæres si hodie existeret non poterat repudiare gravamen per testatorem impositum, cum hæreditatem illius acceptasset, & consensum præstatisset ad possessionem aditam per filium, ita similiter hæres hæredis testatoris non possit tale gravamen repudiare. Nec me movet illa doctrina facta per eundem *Caldas dicta questione 10. n. 21. verfic.* verum intra eum casum quo institutor expresse nominavit emphyteus; et postea jussit etergi maioratum, et inter eum casum quo absolute instituit maioratum de omnibus bonis etiam emphyteus, nulla præcedente nominatione, dicentem in primo casu non valere gravamen, sit meo videri hæc differentia non potest subsistere; quia quando testator instituit hæredem nomine nominato ad emphyteus hæres juxta *Ord. in 4. tit. 36.* Sensetur nominatus, quo posito nulla congrua potest constitui differentia inter unum, & alterum casum cum in uno, & altero detur nominatio sic sentio. Ulyssipone die 30. Novembri anno 1689. Melquita.

Examinato iterum non sine fudo re processu cum primo Domino collendissimo impedimenta rejicere ma-

gis placet, nec amplius in re plene discussa, & sèpius allegata immoratim aliorum præcessuum, quæ nos instanter vocat decisio finit. Ulyssipone die 6. Aprilis anno 1690.

Doutor Maya.

Impedimenta rejicio. Ulyssipone 19. Julij 690.

Basto Pereyra.

### C A P. XLI.

Utrum in maioratu instituto à nobili censeantur inclusi, vel exclusi descendentes a genere plebeorum, & filij possessorum qui nuptias contraxerunt cum plebeis, aut mechanicis; ita ut non possint in successione maioratus includi ied potius excludi debeant.

### S U M M A R I U M.

*Finis instituendi maioratus, est dignitas, & splendor familiæ. n. 8.*

*Ex præsumpta voluntate institutoris veniunt plebei exclusi. n. 2.*

*Et maxime procedit si habeat proximiore consanguineos plebeos vel mechanicos, & eos non vocavit. n. 3.*

*Ignobiles non possunt portare arma nobilium, nec uti de cognomine illorum. n. 4.*

*Nobilis impedire potest, ne aliquis villanus nomen, & arma sua usurpet. n. 6.*

*Licet mechanici, aut plebei sint proximiore debent excludi, & includi nobiles. n. 7.*

Tamen

Tamen à regula cito recedendum est quoties constat ex voluntate testatoris, nec dum sit expressa sed conjecturata. n. 8.

**C**um maioratum instituendorum finis præcipuus sit ut familiarum dignitas aut splendor conservetur & institutoris memoria ut tenet Surd. conf. 375. n. 12. vol. 3. Larens. dec. 33. n. 32. Valens. conf. 171. n. 15. Rovit. conf. 28. n. 8. Capan. de fideicomiss. mascul. art. 1. inspect. 1. n. 20. Maldon. In add. noviss. Molin. lib. 1. cap. 11. n. 3. cum multis Castilb. de Aliment. cap. 36. §. 1. n. 35. Valeron. de transact. tit. 4. q. 2. n. 48.

Ecce sit dignitas quædam aut saltem præminentia & honor ut ex Burg. Castil. contr. lib. 5. cap. 147. n. 3. Roxas de incomp. maior. p. 1. cap. 12. n. 24.

2 Ex præsumpta, voluntate testatoris & institutoris, veniunt tales plebei, & mechanici excludendi, quia nobiles pro maiori parte sunt inimici popularium, ut inquit Bald. in L. per adoptionem ff. de adopt. quem sequitur Gregor. Lop. in L. 2. verbo Nobiles tit. 9. part. 2. & faciunt quæ de nobili constituto indignitate tradunt DD. in L. ex facto §. quis rogatus ff. ad Trebel. ubi Bart. n. 2. dicit non præsumi de homine honestæ vitæ & honorabilis cognationis qui volverit domum suam deuenire in eum, qui sibi & cognatione sua esset verecundia.

3 Facit etiam quod eleganter dicit Socin. Jun. conf. 39. n. 42. & conf. 63. n. 33. vol. 3. quod semper dicendum est, testatorem habuisse respectum, ut qui succedere debent sint nobiles & non plebei, & quod successores stii matrimonium contraherent, cum nobilibus, & sibi paribus fæminis, ut ita ex eis pos-

tea digna, & honorabilis proles proveniat.

Et maxime procedit si habebat proximiores consanguineos plebeos, & mechanicos, & eos non vocavit, sed potius remotiores nobiles; tunc enim videntur exclusi, et nobiles inclusi, et de istis intelligitur inclusio, et de aliis exclusio facta, quia contemplatione personarum similium expressis intelligitur facta vocatio, et inclusio ut inquit Signorol. conf. 210. et facta sic se habet, et inæqualitas, et dissimilitudo est odij, disidij q. parens ut inquit Boeth. lib. 1. de musica, & colligitur ex Eccles. cap. 13. ibi: Omnis homo similem sibi. Circa quod est optima doctrina Bald. in L. 2. n. 7. Cod. de jur. emphit. dicentis, quod si emphiteussi fuerit concessa, talibus comitibus vel nobilibus, usque in eorum quintam generationem, non includantur, nec venient ad eam filij, vel filiae nati ex plebeis, et mechanicis, quia degenerant; maxime quando in id concurret mens et qualitas contrahentium.

Id Circo quando vocentur et includantur, qui nomine et insigniis armorum uti debeant, quia de jure ignobiles non possunt portare arma nobilium, nec uti decognomine illorum secundum Abbas in cap. cum dilecta de excess. prælat. tradunt. in terminis Bonus de vert. in tract. de nobil. p. 2. n. 168. Tiraq. eod. tract. cap. 6. n. 13. Cassan. in Catalog. Gloriæ mund. p. 1. concl. 23. & 28. ubi dici quod villanis seu rusticis, non est licitum uti de cognitione, nec præstare arma, cum talia tantum competant nobilibus, et qui non est lupus non debet assumere ejus pellem ut dicit Bald. in L. 1. Cod. quæ res vend. non poss. eleganter Herman Mexia, en su nobiliario vero lib. 3. cap. 1. in

fine & cap. 10. col. 2.

**6** Unde nobilis impedire potest,  
nec aliquis villanus aut plebeus no-  
men & arma sua dominus usurpet se-  
cundum Bart. in tract. de insign. &  
armis n. 5. & seqq. Guilhelm. in  
cap. Rainutius verbo uxorem dec.  
5. n. 435. de qua vide Salzedo  
theatr. honor. Glos. Ideoque inquit  
Bald. in L. 1. n. 3. Cod. pro soso,  
quod arma competit nobilibus &  
debent remanere apud principalem  
domus.

Atque ita debent tamtumodo includi nobiles et excludi plebeos, quia honorem suum et domus suæ authoritas et augmentum quis præsumitur diligere ut in *L. i. Cod.* si quecunque perdi potest facit *L. i. ff. ventr. Inspic. notat. Bald. in cap. super eo o 2. de testib.* quod in falibile procedit in nobilibus qui sunt nimis honoris appetitivi, ut dicit *Ægid. lib. i. de regim. Princip. p. 3.* quem sequitur *Guilherm. in cap. Rainutius verb. Rainutius n. 26.* Quare inquit *Bald. in L. i. n. 3. Cod. pro socio* quod hæc procedunt optimo jure in maioratibus, qui inventi & permissi sunt propter nobiles ut tradunt expresse *Simanch. in tract. de primog. lib. 3. cap. 9.*

7. Et licet mechanici , aut plebei  
sint proximiores debent excludi &  
includi nobiles , quia licet ordo sit  
quod maioratus deferatur proximio-  
ribus *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2. L.*  
*ita §. in fideicomisso ff. leg. 2. & Nos*  
*diximus tom. I. cap.*

8 Tamen à regula sita recedendum est quotiescumque constat ex voluntate testatoris, nedum sit expressa sed etiam conjecturata *Ord. d. tit. 100. §. 3. & lib. 5. tit. 6. §. 15. Socin. Jun. conf. 1116. n. 15. vol. 1.* & facit text. in *L.* cum pater §. fidei tuæ ff. leg. 2. ibi: nam ordo scripturæ non impedit causam voluntatis *L.* nec

enim Cod. solut. quibus probatur quod  
quando cunque constat de voluntate  
testatoris non curatur de ordine  
notat Bart. & DD. in L. 2. §. si prius  
ff. vulgar.

Et quandocunque ex præcedentibus, aut ex aliis conjecturis colligi potest contrarium tunc ordo à testatore vel à lege datus non attenditur ut in terminis nostri concludit Socin. *conf.* 51. n. 13. & 22. *vol.* 4. ubi dixit, non esse dicendum quod testator aut institutor sensit desobole, quæ est dinigrativa famæ, testatoris, & quod potius videtur considerasse honorem domus & famam et vocare nobiles, et non ignobiles, mechanici aut plebei ideoque pater aut ascendens non præsumitur quod cogitaverit filiam suam fore in honestam, et filium; quare filius naturalis ex ea succedere non debet in maioratu ut multis citatis tenet Roxas *de incomp. maior.* p. 1. cap. 6. n. 118. & ibi Aguil. in add.

C A P. XLII.

An & quando successor aut maioratus possessor , ex concubina filium suscepit naturalem , & postea uxorem duxerit , & ex ea legitimus natus est filius , mortua autem sua legitima uxore , deinde secundas nuptias cum concubina contraxit , ex quibus naturalis prior ejus filius legitimus , redditur , per dispositionem *textus in cap. tanta qui filij sint legitimi* & mortuo patre contendunt ad successionem

successionem majoratus, filius legitimatus tam quam maior, & filius legitimus licet minor tamquam primus in legitimatione quis in hoc casu dicatur inclusus, vel exclusus, & quid in majoratu, in quo expressa ad est clausula, vocans ad successionem filios legitimos natos, seu procreatos de legitimo matrimonio, an includatur vel excludatur legitimatus per subsecvens matrimonium; & quid in legitimo a Papa in radice.

**D**e his questionibus pro una & altera parte, late agunt Aug. Barb. vol. 67. Noguerol. alleg. 23. & 24. Castil. Geurb. Molin. & alij multi quos Ego ipse refero in comment. ad Ord. tom. 1. tit. 1. §. 6. Gloss. 55. n. 13. & 14. pag. 223. & 224. & ultra quos ibi allegavimus dictum est tom. 2. de inclus. vel exclus. cap. 10. n. & seqq. & n. & seqq. & seqq. & ultra eos Botiller de success. ab Inst. stat. theor. 5. 8. & 9. Pichon. de matr. disp. 8. eleganter multis citatis & Late Roxas de incomp. maior p. 1. cap. 4. per tot. & cap. 6. n. 36. ad aliam questionem similem & n. 66. & seqq. & 105. & ibi Agil. in add. Portugal n. 37. de donat. reg. tom. 1. cap. 16. & n. 30. & seqq. quid dicendum in legitimo in radice, quando matrimonium non præcessit aut fuit nullum, & an & quando similis legitimatus dicatur inclusus vel exclusus de qua re etiam ad varias questiones Luca de linea legal. art. 4. n. 17. & seqq. Urseol. forens. cap. 57. ubi etiam an legitimi-

Pars III.

mati per subsequens matrimonium dicuntur exclusi in substitutionibus majoratibus, & fideicomissis exgeminata vocatione facta de legitimis, & naturalibus & de legitimo matrimonio natis, & an eorum exclusio, debeat esse certa, vel sufficiat generalis, ex verbis de quibus ibi.

### C A P. XLIII.

Filius natus antequam Patet assequutus fuisset Principatum, Dignitatem, vel majoratum an includi vel excludi debeat, & præferri vel non filio genito post adeptum majoratum, dignitatem, vel Principatum & quando dicantur vel non in linea recta majoratus, & quid in filiis arrogatis adoptivis, & spiritualibus susceptis in sacro fonte, & quando includantur, vel excludantur.

**D**e hac questione agit et cum optimis fundamentis resolvit Roxas de incomp. maior. p. 1. cap. 6. n. 36. & seqq. omnibus in materia citatis & n. 168. & seqq. & n. 134. & seqq. agit de filiis adoptivis arrogatis, et spiritualibus ex sacro fonte susceptis, de qua multa refert D. Aguil. in add. ad Rox.

## C A P. XLIV.

De exclusione, vel inclusione successoris maioratus, resultante, ex odio, inimicitia, offensa, infidelitate, vel ingratitudine comissa adversus institutorem vel possesforem, & quando habeat locum vel non! & quando ex ingratitudine, possit vel non revocare maioratum Institutorem.

## SUMMARIUM.

In gratitudo, & inimicitia debet esse facta institutori & non successori. n. 1. ubi late per totum, & que detur ampliationes.

Legata, & fideicomissa semper presumuntur relicta amico, vel ei qui magis mervit. n. 2.

Odiosi non admittuntur, sine agatur de dispositione generali, seu speciali. n. 3.

Quanvis legatum sit favorable, non tamen ad id admituntur, qui tempore testamenti, erant odiosi testatori. n. 4.

Verba generalia, debent referri ad merentes, non autem ad indignos. n. 5.

Levis offensio, sufficit ad repellendum aliquem à premio. n. 6.

Verbum parentela, vel familia non debet includere eos quos testator odio habuit. n. 7.

Probata causa odii, vel inimicitiae censetur odium probatum. n. 8.

Inimicitia ad quartum gradum consanguinitatis extendetur. n. 9.

In generali sermone testatoris personae sibi odiosae non comprehenduntur. n. 10. & 11.

Post. testamentum si fuerint inimicitiae ortae inter testatorem & legatarium censebitur revocatum. n. 12.

Facilius est aliquid non fieri à principio, quam ex post facto revocari. n. 14.

In dubio pro libertate presumendum est. n. 15.

Si Princeps dederit facultatem alicui condendi maioratum, non poterit iste in successione vocare inimicum Principis. n. 16.

Si maritus testamenti factio[n]em uxori suae comisit & ipsa post mortem ad secunda vota transferit videtur eo ipso revocata comisio. n. 18.

Donatio per ingratitudinem revocatur. 19.

Ob ingratitudinem etiam filios legitimos exhiberantur. n. 20.

Hæ resolutiones limetandæ veniunt n. 21. & sequentibus.

**S**i post erectionem maioratus, et factas vocationes oriatur inter Institutorem, et vocatum aut inclusum, odium, inimicitia offensio, infidelitas, ingratitudo, et adversus institutorem fuerit comissa, et odium, seu inimicitia sit gravis, avariat excludendus inclusus, et vocatus; ex text. in L. 2. §. fin. ff. adim. legat. late disputat. Roxas de incomp. maior. p. 1. cap. 2. n. 30. & seqq. latissime etiam omnibus citatis ad varias quæstiones Baronius de effectibus inimicitiae effect. 21. per tot. qui loquitur etiam in legato & fideicomiss. & Roxas proxime n. 28. in specie maioratus probat exclusionem maioratus ex supra dictis causis multis citatis, & n. 29. inquit, quod hæc resolutio est intelligenda, dum ingrati-

ingratitudo vel offensa, vel inimicitia gravis sic facta institutori, non vero successori, cuiusque possessori seu gravato, nisi à principio ea lege sit institutus, & n. 40. distinguit, & n. 41. ampliat et extendit, ad casum, in quo primogenitus vel ille qui alias immediate successurus erat occidit ultimum maioratus possessorem, & n. 42. ampliat secundo quando speciali dispositione cautum est, quod in obediens seu ingratus patri, seu possessori maioriæ privetur, successione, & n. 43. ampliat tertio etiam si institutor vocaverit aliquem, et postea inter eos graves sunt ortæ inimicitiae, et post eas facerit codicillos et in eis non revocaverit, & n. 44. ampliat 4. quavis institutoris injuria, sive gravis offensa fuerit facta, non solum vivo maioratus institutori, sed etiam mortuo, vel viventi, sed inscio & n. 45. ampliat 5. etiam si gravis inimicitia, vel offensa sit ante institutionem maioratus; dum non superveniat specialis, sed generalis vocationis, quia is qui est odiosus institutori; sub generali vocatione non comprehenditur & ibi: *multos resert.* & vers. ampliatur 6. iaiquit quod non solum in maioratu regulari, sed etiam in irregulari maxime in maioratu electionis procedit; nam ille qui habet liberam facultatem eligendi, seu nominandi successorem eligere non valet odiosum, institutori nimivem, & ibi: *multos resert.* & n. 46. ampliat 7. etiam adversus ipsum cui concessa fuerit facultas eligendi successorem, & erigendi maioratum, & adversus mulierem, quæ comisit adulterium, vel quid simile ut ibi: *exemplificat*, & n. 47. ampliat 8. non solum contra odiosos respectum institutoris, sed etiam respectu Principis, qui

concessit facultatem instituendi maioratum & n. 48. ampliat 9. etiam si causa inimicitiae vel edij proveniat ex facto vel culpa institutoris, & n. 49. ampliat 10. etiam si institutor habuerit tempus revocandi, facerit que codicillum, nec in eo fideicommissum, vel vocationem revocaverit & n. 50. ampliat 11. licet post offensam seu inimicitiam Institutor confessus, & contritus decesset & quare & n. 51. ampliat 12. quod non solum procedit contra institutorem, sed etiam contra ejus filios aut descendentes & n. 52. usque ad n. 59. optimis rationibus comprobatur, & contrariis satisfit & n. 60. ampliat 13. licet filij aut descendentes offendoris nati sint ante offensam seu inimiciam à patre factam, quia etiam in hoc casu excludantur, & n. 61. explicat, & n. 62. ampliat 14. quavis in fundatione maioratus promissum sit, quod vocatus non privetur à successione, ex causa inimicitiae, offensæ, vel ingratitudine & quare & multis refert de quibus omnibus est videndum Baron. d. effect. 21. & Aquila in add. ad Roxas ubi supra. Et ultra ea quæ considerant Baron. d. effectu 21. & Roxas ubi supra, mihi probantur hæc resolutio & ampliations, ex eo, quia negari non potest quæ legata & fideicomissa alii cui contingunt propter ejus betteremrita circa testatorem; & charitatem, & affectionem, quam in eum habuit Gl. in L. I. ff. de lega. text. in L. nec adiecit. ff. pro socio, & semper 2 presumuntur relicta amico, vel in qui magis mervit secundum Bal. in L. voluntatis n. II. C. de fidei com. facit. text. in L. confiantur ff. de jure codicill. ut est si vocatus & inclusus fol. odiosus tamquam talis & ejus descendentes debent repelliri, quia odiosi non admicuntur, sive agatur

agatur de dispositione generali, sive speciali, maioratus; aut fideicomis-  
tis, vel alia, ex qua commodum possint percipere, nec in tali dispo-  
sitione comprehendantur, proba-  
tur: *Clare ex text. capital. in L.*  
*Lucius Titius §. Lucius Titius ff.*  
*de leg. 2. ubi testator legavit alimen-*  
*ta omnibus liberis suis, & licet hoc*  
*4 legatum sui natura sit favorable,*  
*non tamen ad id admituntur liberi*  
*qui tempore testamenti erant odiosi*  
*testatori, quem text. ad hoc com-*  
*mendant. Jacob. de Aret. Dinus Bart.*  
*Bal. & Joa. Imol. ibi: & aliij DD.*  
*communiter, & dicit ibi: paul. q. sem-*  
*per ille text. allegatur ad hoc que*  
*sub generalibus verbis, numquam*  
*comprehenduntur, nec veniunt*  
*odiosi testatori etiam si dispositio*  
*facta sit per verba universalia, ut*  
*probatur in dicto §. ibi: omnibus li-*  
*bertis suis, quæ dictio omnis cum*  
*sit universalis, magis operatur quam*  
*generalis, quia nihil relinquit in-*  
*comprehensum, ut probatur in L.*  
*Jullianus ff. de legatis 3. cum aliis*  
*pluribus & est bonus text. in L. tes-*  
*tamento centurio ff. de manu. test. ibi:*  
*eiusque interpretationem ita facien-*  
*dam, ut de his cogitasse non videa-*  
*tur, quos pæna coercuit per quæ*  
*vera dicunt Jas. in L. si ab hosti-  
bus §. 1. n. 2. ff. sol. matrim. & pæ-*  
*la Ruh. in rep. rub. de dona. inter vi*  
*5 §. 70. n. 18. quæ verba generalia,*  
*etiam in materia mere favorabili, de-*  
*bent refferti admerentes, non au-*  
*tem ad indignos, vel odiosos, &*  
*dixit singul Bal. in L. athete §. dat*  
*remissionem in prin. ff. de excusa tu-*  
*to, que quando tractatur de aliquo*  
*repellendo a premio sufficit odiosi-*  
*tas qualitercumque concepta, &*  
*idem tenet Joa. de plactic. in L. uni-*  
*ca C. si propter inimicit. creatio facta*  
*6 sit lib. 10. subdensque ad repel-*le-**  
*endum aliquem a premio sufficit, etiam*

levis effensio, quia ut dicit Paul.  
de Castro in L. ex duobus §. si filium  
1. col. ff. de vulgar. non est vere simile, testatorem voluisse vocare ad  
commodum illum quem non diligit,  
& impropriis terminis est elegans  
doctrina Anto. rub. in rep. L. Gal-  
lus in princ. n. 91. ff. de liber. &  
posth. cujus verba sunt; sed hic ca-  
dit una dubitatio quam habui de fa-  
cto, dum legerem Valentie in Del-  
phinatu. pone unus de Rubeis (ex-  
empli gratia) instituit vel substituit  
illos de familia sua, quo casu vide-  
tur eos institutore ordine successivo,  
an videatur vocare eos de familia,  
qui erant ejus inimici, sunt tamen  
de familia & concludit quod non,  
& ita dicit se consuluisse per text.  
in dicto §. Lucius, Titius; quia ver- 7  
bum parentela, vel familia non de-  
bet includere eos, quos testator odio  
proseguebatur, quanto igitur fortius  
in nostro casu, in quo neque fami-  
lia est vocata, nec proximior.  
Unde in terminis dicit Guiller. Be-  
ned. in rep. c. Rainnicius verbo mor-  
tuo itaque testatore; e L. 2. n. 72.  
quæ stante statuto, vel consuetu-  
dine, quæ post mortem defuncti  
possessio bonorum ejus transfeat ipso  
jure in filium, vel in sequentem vo-  
catum (ut in bonis maioratus cave-  
tur per legem tauri) quia tali casu  
possessio non transfibit in odiosum  
testatori, sed in alium sequentem  
ingradu, ad quod allegat. dicto §.  
Lucius, & eum aliis pluribus rela-  
tis sequitur, Tiraquel in tracta. Le-  
morcai cit. prima declarat. secun-  
dæ partis in primo, & secundo, &  
in fortioribus terminis facit. que li-  
cet. alias in terminis L. cum avus  
ff. de condit. & dem. filius natus  
tempore substitutionis, & si de  
eo non sit facta mentio, extra-  
neum vocatum excludat, ex pluri-  
bus traditis ibi: per Socin. n. 78. si  
tamen

tamen talis filius patri fuit odiosus, sufficit sola præteritio ad ejus exclusionem, nec extraneum vocatum removere poterit, ut expresse determinat, *Maria, Socin. Sen. conf. 23. col. fin. vol. 1.* quem sequitur *Soci. indub. n. 78.* adducens tradita per *Bart. in L. 2. n. 43.* ff. de vulgat. ubi dixi quod si mater erat amica testatoris, præsumitur patrem voluisse eam excludere a tacita populari, quem sequitur *Socin. ibi n. 29.* & *Jas. n. 42.* & probata causa odio vel inimicitiae carentur odium & inimicitia probata, ut dicit *Bal. in L. ad nostram n. fin. C. de testamentis,* & facit quod dicit *Fregor. Lup. in L. 1. tit. 7. part. 6. verb.* (que sea extrano) quod si pater facit maioriam, in filium maiorem, et ejus descendentes et his sufficientibus, in alios suos filios, et postea ex hæredavit unum ex filiis suis, per istam ex hæredationem ille filius sit extraneus a bonis patris, ita quod et si omnes fratres, et eorum descendentes deficiant, non succedit ex hæredatus in maioratu nec veniet in substitutione tamquam odiosus fundatori, et ultra omnia supradicta quæ in terminis decidunt nostrum calum, possent plura adduci in materia, *dielio §. Lucius Titius ad hoc quod odiosi penitus excludantur, quæ tradunt Bal. in add. ad specal. tit. de constit. in add. incipi. an fore sit. versi nota quando & in L. eam quam n. 37. C. de fideicomiss. Calder. conf. 8. col. fin. substit. de re judicat. Paul. de Cast. conf. 91. videtur dicendum in antiqu. Roma. conf. 438. n. 6. Joa. Crotus in repe. L. filius fam. §. divi. col. p. 171. ff. de leg. 1. Alex. conf. 37. in causa Mota n. 7. vol. 1. & conf. 94. consideratis his n. 3. Cod. vol. Deci conf. 286. in causa communitatis col. 3. Curt. Senior. conf. 40. col. 5. vers. ultimo Jason. conf. 124. col. 3. vol. 4.*

& Aymo. Crav. in rep. L. 1. n. 46. ff. de leg. 1. ubi dictique verba generalia non aperantur ultra mentem disponentis et ideo odiosa non venniunt, quia non est verisimile testatorem de eis sensisse, et eleganter dixit Bal. in cap. 1. n. 11. per text. ibi de postu. prælat. qui in vacuum laborat, qui Pape supplicat pro persona sibi non grata, quia non est, verisimiliter gratia concedatur odiosis, et idem in auth. hoc amplius n. 23. C. de fideicomiss. dicit, quod odiosus non meretur honores, et ita manent ex eadem causa exclusi dicentes, quia inimicitia ad quartum gradum consanguinitatis, & ulterius extenditur L. lex. Carnelia. ff. de inur. L. famine C. ad Turpil. tradit. eleganter Barbos. conf. 20. n. 19. vol. 2. Bertran. conf. 10. n. 10. vol.

Deinde hæc resolutio probatur multis fundamentis et priuato ex tex. espresso in L. *Lucius §. Lucius Titius Damam ff. de legat. 2.* ubi probatur, quod in generali sermone testatoris personæ sibi odiosæ non comprehenduntur, de quod late per eundem *Lenochio conf. 30. num. 15.* & *16. lib. 1.* omnino videndus, quia in specie casus nostri loquitur, *Molina primogenitis lib. 1. cap. 9. n. 13. glos. in L. 2. tit. 15. p. 2. verbo (siendo ome para ello) Burgos de pace conf. 27. n. 26. lib. 1. Vivius des. 233. n. 3. Roxas d. cap. 2. n. 45.*

Idem probatur authoritate, & doctrina Socini in L. *utrum §. cum quidam col. 9. vers. 3. Nota ff. de reb. dubiis quo loco firmat, quod si testator hæredi visserit, ut consanguineum vel alium aligat, qui in legato succedat per eum relato, non poterit commissariis, etiam examplissimi, & lata commissione odiosum, vel inimicum testatoris eligere, de quo post alios Molina primogeniti.*

mogeni. lib. 2. cap. 5. num. 7. & sequent.

Tertio conductit ejusdem Socini conclusio in L. cum avus col. 46. vers. neque in generali ff. de conditi.

**11** & demonstrat quæ habet, quod non solum in generali dispositione non comprehenduntur inimici testatoris, sed imo qui non sunt abeo dilecti de quo etiam per Senturium Senorem cons. 40. n. 13.

Quarto & quidem in fortiori casu, adest etiam text. in L. si inimicitiae ff. de his, quibus ut indignis & in L. 3. §. fin. de adimen. legat.

**12** quibus juribus probatur, quod si legatum specialiter fuerit alicui relictum, & post testamentum ortæ fuerint inimicitæ inter testatorem & legatarium, quod sensibitur & hoc legatum revocatum. Late Mantica d. lib. 12. tit. 5. per totum Diurans de arte testam. cautela 5. per totam ubi refert optimum text. in L. Sororem cum ibi notatis per glosam C. de his quibus, ut indign. Menoch. d. cons. 30. à num. 15. cum seqq. & late fundat. Baron. d. effect. 21.

Quinto eadem conclusio fortius etiam probatur authoritate Glossæ magnæ in fine in L. fideicommissum

**13** C. de fideicommiss. quæ firmat, quod si post mortem testatoris injuria ipsi legatio fiat ex qua verosimiliter inimicitia nasceretur, quod legatum etiam hoc casum revocatum censebitur, ad idem etiam est Gloss. in d. L. sororem C. de his quibus ut indign. Peralta. in L. 2. n. 6. ff. de lega. 2. Molin. lib. 2. cap. 5. n. 9. cum igitur inimicitia causa sufficiens sit ad legati relicti privationem, sive intervenerit vivente testatore, sive mortuo multo fortius sufficere debet, ut in legato generaliter familiæ relicto inimicus (& si ejusdem

**14** familiæ) non comprehendatur: cum facilius sit aliquid non fieri a prin-

cipio, quam ex post facto revocari L. 1. §. videndum ff. quando appellan. sit cum similib.

Sexto nostrum institutum indu-  
riori casu probatur ex L. testamen-  
to centurio in princ. & in §. cum ita  
ff. de manumis. testam. ubi si liber-  
tas a testatore detur, omnibus servis  
ejus, in hoc legato minime com-  
prehenduntur servi dementes, vel  
inimici & expeditum est libertatis  
causam piam esse, plura que si-  
bi de vire competere privilegia, ad  
eo, quod in dubio semper pro ea  
præsumitur ex L. 1. C. communi ser-  
vo manumisso eandem conclusionem  
probat etiam & in legato alimento-  
rum Bal. in Margarita. verbo ali-  
menta versi 14.

Septimo non eleganter supra dicta omnia confirmantur authoritate & doctrina Glossæ nostre in L. 32. tit. 9. par. 6. verbo (no valdra) versi adverte etiam qua vigore quam Molina citato etiam Palat. Rube sequitur primogenis lib. 2. cap. 11. n. 50. quæ habet, quod si Princeps præ-  
fiterit, licentiam, seu facultatem alicui condendi maioratum, tali ge-  
nerali concessione et facultate, non poterit institutor inimicum ipsius Principis ad successionem maioratus volare cumque verum sit, hoc ca-  
su Principem de suo nihil alargiri.

Octavo in supradictorum confite-  
matione conductit optimus text. in  
L. si Cornelius ff. de solutio. ex quo  
DD. respondent quod mandatum,  
seu commissio eo ipso revocata cen-  
sentur, si post eorum dationem man-  
dans & committens inimicus man-  
darij, et commissarij efficiatur,  
prout spino post Bal. probat. in spe-  
culo testamentor. Glos. 5. principi  
de commissione ad faciendum testa-  
mentum n. 37. inferens ex hoc nu-  
mero sequenti, quod si maritus tes-  
tamenti factionem uxori sue comis-  
sit,

fit, & ipsa post ejus mortem transierit ad secunda vota, videtur eo ipso commissio revocata, quia per transitum ad secundas nuptias, efficitur quodam modo inimica priori mariti ex authen. de non eligendo secundo nubent. §. 1.

Nono supradictis suffragatur opinio Oldraldi, & ceterorum, quos Molina refert. primogenis lib. I. cap. 9. n. 1. quæ habet, possessorem maioratum posse sequentem successorem ex ingratitudine, ab ipso maioratu ex heredem facere, quæ opinio saltem respectu ipsius conditoris vera est apud eumdem authorem n. sequenti versi, sed ista scribentium controversia et si maioratus irrevocabilis effectus esset nec mirum cum per eandem ingratitatem donatio irrevocabilis revoceatur, ex L. fina. C. de revocan. dona. L. 10. tit. 4. part. 5. ubi glos. idem Molina lib. 4. cap. 11. n. 44. et eadem etiam ingratitudine expeditissimum, et omnibus notum est etiam legitima jure naturæ debita, filios ex heredari posse, ut in authen. cum de appellatione. §. illud quoque capitolum versi causas L. 4. cum duabus seqq. tit. 6. part. 6.

Decimo et ultimo, licet fundamenta prædicta plane procedant, quoties agitur delegato, seu fidei-commissio, familiae vel pluribus consanguineis relicto, in quo inimicus sane admitti posset sine offensa, et damno illorum de eadem familia benemerentium veruntamen, in casu prælenti planius procedunt cum in eo tractetur de admittendo uno tantum de familia in aliorum omnium exclusione: quia cum de prælatione, seu comparatione affectionis, & matrimonium agatur, de verisimili mente disponentis non est dubitandum, quia testator voluerit personæ magis dilectæ, (et si re-

motiori) prodeste odioſo, et minus dilecto, (et si propinquus) reliquo, admisso, (videlicet) amico, et repulso inimico, ut in terminis dixit Socin. consil. 37. n. 6. versi secundo ista inclusio. volum. I. Burgos de paz consil. 27. n. 25. & 27.

Hæc resolutio sic firmata limitata venit primo, quando offensio, vel inimicitia etiam cum Institutore maioratus non fuit capitalis; sed levis, ut diximus supra, et multis juribus et DD. tenet Roxas de incomp. p. I. cap. 2. n. 63. ubi n. 64. limitat. 2. Si offensa non fuerit comissa adversus institutorem, sed contra ultimum possessorem maioratus, quando defertur jure sanguinis, non vero hereditatio & n. 65. limitat. 3. etiam si inimicitia vel offensa sit cum institutore maioratus, quando ab eo remissum fuit odium, vel inimicitia tacite vel expresse, et ad pristinam amicitiam sedderetur et quare ut etiam dixit Baron. effect. 21. & idem Roxas n. 66. timitat. 4. in casu quo immediatus qui erat successor occideret, ultimum possessorem quando accidit casualiter ex improviso sive ob causam non ordinatam, ad hoc ut successio maioratus ei, vel ejus filii deferatur, quia tunc saltem filij occisoris succederent in maioratu, & n. 67. limitat. 5. si post offensam, offendus instituat nominatim offendit, seu homicidam, vel si post inimicitiam sequatur specialis vocatio offendoris ad successionem in maioratu, quia præsumitur ei remissa offensa & n. 68. limitat. 6. etiam si omnes vocati ad maioratus successionem essent pariter odioſi, vel verba institutoris præcise non possent verificari nisi in odioſo, & n. 69. limitat 7. quando ingratitudo provenit ex causa, quæ nec tangat, nec

nec lœdat personam, famam, vel bona institutoris: sed solum provenit ex causa, quæ solum faciat ingratum, veluti in casu quæ filia meretricata est vel filius histrio sit et ita ingratus in hoc casu vel simili, pœnitentia, et ad meliorem vitam redeat, vel religionem ingradiatur.

- 28 Idem Roxas d. cap. 2. n. 70. limitat. 8. quando maioratus fuit institutus in donatione remuneratoria; et propter merita, cum revocari non valeat propter ingratitudinem nec inimicitias etiam graves supervenientes, et ibi: *multos DD. refert.* &
- 29 n. 71. limitat. 9. si maioratus fuit institutus causa dotis, vel contemplatione matrimonij in capitulacionibus matrimonialibus; quia licet quoad maritum et uxorem, qui quæ vè inimicitæ, sive ingratitudinis causas comisit revocari debeat, non autem quo ad alios vocatos et eorum descendentes, et ibi: *multos DD. refert.* & n. 72. & 73. explicat, de qua re etiam cum multis *Olea deceſſ. jur.* & aët. tit. q.
- 30 Idem Roxas n. 74. limitat. 10. quando maioratus est institutus per viam donationis irrevocabilis, et inimicitia superveniens resultet ex culpa institutoris, & n. 75. proponit, et resoluti an inducatur privatio ipso jure vel requiratur sententia declaratoria & n. 76. & seqq. refert circa materiam lex casus circa materiam & n. 83. & seqq. octo conclusiones ad materiæ resolutionem circa privationem et confiscationem, et successionem maioratus in his terminis deductas ex Sanch. tom. 2. consil. mor. lib. 4. cap. 1. dub. 39. et vide quæ diximus in tract. de lege mentali tom. 2. cap.

offe offe offe offe offe offe offe

## C A P. XLV.

De exclusione successoris, aut possessoris bonorum Maioratus, Cappellæ & Coronæ, & admissione, denuntiatio-  
ris illorum tamquam vacan-  
tium, & quando detur in-  
clusio, vel exclusio vacatio-  
nis, aut successionis, & ad  
quem pertineat successio,  
vel administratio, & quan-  
do, & in quibus casibus va-  
cent vel non maioratus ad  
coronam vel pertineant ad  
Institutoris consanguineos,  
legitimos, aut illigitimos  
ad Coronæ exclusione &  
illorum inclusionem.

## S U M M A R I U M.

*Maioratus, & Cappellæ ad cuius successionem defuncti vocati de voluntur ad Coronam. n. 1.*

*Hæc est resolutio, & observantia in regno nostro aliter se habent de jure comuni n. 2.*

*Si aliquis consanguineus ad sit regia Corona exclusa censemur. n. 3.*

**M**aioratus, et Cappellæ ad cu-  
jus successionem defuncti vo-  
cati ab institutore, tamquam bona  
vacantia devoluntur ad Coronam,  
ut tradunt ab immemoriali tempo-  
re observatum in nostro Portugaliæ  
Regno Gam. dec. 193. & 288. Ca-  
bed. dec. 51. n. 3. & seqq. et tenent  
multi, quos ego ipse refero in Com-  
mentar.


mēntar. ad Ord. tom. 4. ad tit. 50.  
pag. 208. n. 164. & seqq. ubi multa diximus, & tenet Aug. Barbos.  
lib. 2. vot. 30. n. 48. & 49. & late  
Me citato hoc in loco Aguil. in add.  
ad Roxas p. 1. cap. 6. n. & seqq.

2. Et hæc est communis observantia  
in nostro Regno Portugalæ, licet  
aliàs de jure communi ultimo loco  
vocatus possit de illis bonis tam  
quam liberis, alodialibus, & hæ  
reditariis disponere, juxta text. in  
*L.* qui solidum 8. §. prædium ff. de  
legat. 2. *Molin.* de primogen. lib. 1.  
cap. 4. n. 1. & ibi Addentes Barbos.  
d. vot. 30. n. 48.

3. At vero si aliquis consanguineus  
ad sit regia Corona exclusa censem  
tur, quemadmodum in bonis vacan  
tibus filius non succedit donec su  
perest aliquis ex consanguineis us  
que ad decimum gradum *L.* 1. *L.*  
*Vacantio Cod. bonis vacantib.* lib. 10.  
& tenent ex Roland. *Gregor.* Pere  
grin. *Gama Cabed.* *Valasc.* Ramon.  
Aug. Barbos. d. vot. 30. n. 49. quos  
& alios ego ipse referto d. cap. 3.  
pag. 208. tom. 4. n. 169. & 170.  
& judicatum fuit in casibus deqq.  
tom. 10. comment. cap. 94. ubi de  
cissim multoties, & ex doctissimis  
sententiis patet resolutio nostræ  
quæstionis, & constat quando inclu  
dantur, vel excludantur succe  
sores, vel Corona regia à Maiora  
tus, aut Cappellæ successione.

exclusus, petendo bona ut  
libera, & ut maioratus, aut  
fideicomissum, & si primo  
agat ad successionem bo  
norum tamquam liberarum  
an postea excludatur pe  
tendo ea ex eadem institu  
tione tamquam bona ma  
ioratus seu fideicomissi, vel  
è contra?

**D**E hac quæstione & resolutio  
ne agit Roxas de incompat. ma  
iorat. p. 6. cap. 1. per tot. & cap. 2.  
& 3. & ibi Agula in add.



### C A P. XLVII.

De inclusione vel exclusione à  
successione maioratus, quan  
do illius institutor ad ejus  
successionem vocavit cum  
dictione, & copulativa, duos  
vel plures, an omnes simul  
eodem que tempore inclu  
di, vel succedere valeant;  
vel unus tantum ordine suc  
cessivo & per suum ordi  
nem, ac si per disiuncti  
vam, fuerint vocati! & si  
unus tantum includendus  
sit, quis eorum, & an hæ  
inclusiones aut vocationes  
sint reales, seu liniales, an  
personales, ita ut deficien  
te primo relictis filiis, seu  
descendentibus, succedat  
alius nominatim tamquam

Yy      substi-

### C A P. XLVI.

De inclusione, & exclusione  
ex institutione in qua con  
trariis inclusionibus aut vo  
cationibus exclusionibus que  
aliquis invenitur inclusus vel  
Pras III.

sabiturus subsequenter inclusus aut vocatus, vel descendens ex primo incluso & vocato.

**H**anc quæstionem proponit, & resolvit cum multis Roxas de *incomp. maior.* p. 5. cap. 4. per tot. *Uiseol. forens.* cap. 54. ubi etiam substitutio facta alternativè sub dupli, conditione requirat concursum utriusque conditionis, ita ut, disunctiva resolvi debeat incopulativam optime ad alias quæstiones *Joseph Altograd. contr. 60. ad multa Rosa consult. 60. Aguil. in add. ad Roxos ubi supra.*

### C A P. XLVIII.

De inclusione aut exclusione ex suspensione successionis, & an possit esse in pendi- ti, & in suspenso successio maioratus, & utrum inclu- di aut excludi debeat natus tempore vacantis vel qui sit melioris liniae & qualitatis natus post delatam iucces- sionem vel lite pendente, ad hoc ut possit habere re- gressum ad maioratus suc- cessionem & eam avocare à possessore?

**D**E hac quæstione est videndus & de resolutione Roxas de *incomp. maior.* p. 5. cap. 2. per tot. & *Nos late diximus tom. 1. de exclus. cap. 9. n. & seqq. ubi pro una & altera parte multa diximus, & ju-*

*dicatum traddimus & vide Luca theatr. verit. tom. 10. de fideicomiss. disc. 7. & 8. 9. 10. 11. Olea in add. tit. 3. q. 4. pag. 44. & 45. Aguil. in add. ad Roxas ubi proxime.*

### C A P. XLIX.

Exclusio an sit odiosa vel fa- vorabilis, & an in dubio censeatur realis, vel perso- nalis, sive restricta ad cer- tas tantum illas determina- tas personas, quas institu- tor expresse nominavit, & quando privatio aut exclu- sio patris, noceat filio, & non obstante illius existen- tia succedat transversalis.

**D**E hac materia agit, illam re- solvendo Roxas de *incomp. maior.* p. 4. cap. 1. n. 16. & seqq. & cap. 2. per tot. & post cum novissima Add. *Olea ad tit. 3. q. 4. pag. 44. & 45. & vide cap. 53. infra & Aguil. in add. ad Roxas proxime.*

### C A P. L.

De inclusione, & exclusione, quando in uno superioris liniae ex dispositione homi- nis incompatibles, alia suc- cessibus, & alia expressa per Institutorem à successione maioratus exclusa, atque reprobata & in alio ex suc- cessoribus

cessoribus inferioris liniæ concurrent lineæ pure successibiles, quis eorum includatur, vel excludatur; & quando aliquis habens quatuor plures ve fratres, instituat majoratum, ad cuius successionem vocat in primis fratrem primogenitum, atque expresse excludit in perpetuum secundo genitum fratrem, & omnem ejusdem fratribus posteritatem; & forte eveniat quod aliquis ex descendantibus fratribus primogeniti contrahat matrimonium cum alio ex descendantibus exclusi fratribus secundo geniti, ex quo matrimonio procreatus sit filius, qui ex una parte habeat lineam successibilem, atque vocatam, & ex alia parte lineam odiosam atque exclusam & super successione majoratus contendat, cum alio descendente ex tertio genito fratre institutoris, qui ex omni latere habeat lineam successivam, quis in hoc casu includatur, vel excludatur à successione?

## SUMMARIUM.

*Voluntas præsumitur mutata ex di-*  
*ctis. n. 1.*

*In claris non est locus conjecturis.*  
*n. 2.*

Pars III<sup>a</sup>

*Clausula generalis ad omnia referatur, si in fine posita inveniatur.*  
*n. 3.*

*Excepto casu restrictionis in aliis casibus, observanda est generalis vocatio.* n. 4.

*Facienda est semper interpretatio, ne correccio inducatur.* n. 5.

*Judicium, super futuro negotio formari nequit.* n. 6.

*Die<sup>lo</sup> quando significat, & inducit conditionem.* n. 7.

*Actus conditionalis, pendente condicione, nullum producit effectum.* n. 8.

*Nemo in dubio censetur se corrigere in continenti.* n. 9.

*Effectus consumatus durat, nec in effectus redditur se deviat à causa a qua incipere non potest.* n. 11.

*In habentibus simulum, facile fit transitus.* n. 13.

*Nullus moriens, censetur immemor æternæ salutis.* n. 14.

*In claris non est locus conjecturis, & præsumptio cedit veritati.* n. 15.

*Mutatio voluntatis in uno actu, & capitulo facta, ad illum tantum restringitur, & in alio mutata, non præsumitur.* n. 16.

*Præsertim quando in eodem fit actu, & testamento in quo difficilius voluntatis mutatio est præsumenda.* n. 17.

*Verbum idem omnes qualitates præcedentis dispositionis attribuit, & eandem determinationem & censuram.* n. 19.

*Verba que aeternū videntur requirere, multoties, in habitu verificantur n. 20. ut in illis si haeres erit.*

*Verba autem impropiantur, quando absurdum sequitur, vel voluntas testatoris ita exposuit.* n. 21.

*Institutor semper censetur ex jure dispositionem suam regulare.* n. 22.

Yy 2. Dispositio

*Dispositio conditionalis, non impleta conditione, locum non habet.*

n. 23.

*Illud quod de proximo evenire debet, jam dicitur e evenisse. n. 24.*

**H**Anc quæstionem eleganter proponit, & resolvit Roxas de incomp. maiorat. p. 4. cap. 6. per tot. & multis citatis eleganter Luca de linea legal. art. 9. n. 29. & seqq. & n. 43. Aguila ad Roxas proxime.

Et judicatum suit in causa sequenti.

No Feito de Affonso Furtado, contra Luiz de Souza de Menezes, e sua mulher Dona Luiza Maria da Silva, Escrivão Manoel Ferreyra de Lemos, se deu a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, libello do Author, contrariedade dos Reos, comprovado instituição do morgado, provada. Mostra-se instituir Dona Isabel de Castro hum morgado, como se vê de seu testamento na certidão fol. 46. para cuja sucessão fez no dito testamento trez vocações, chaman-do na primeira a sua filha Dona Catharina Telles, como mais velha, querendo que andase em sua sucessão, precedendo o filho varão à femme, andando sempre por linha direita, e em falta de descendência da dita Dona Catharina chamou a sua filha segunda Dona Maria da Silva, e por sua morte seus descendentes, como havia declarado na primeira nomeação. Mostra-se que em terceiro lugar ordenou a dita instituidora que o filho, ou filha segunda da dita Dona Catharina Telles sucedesse neste morgado com o encargo de se chamar Telles, e que o mesmo seria quando o dito morgado se ajuntasse a outro maior. Mostra-se que por morte da dita Dona Catharina não ficarão filhos por cuja causa sucedeu no dito morgado Dona Marianna da Syl-*

*va segunda chamada nelle, é filha segunda da instituidora, em razão da segunda vocação. Mostra-se ser o Author filho varão mais velho que ficou por morte da dita Dona Marianna, de quem a mulher do Reo he também filha, e ainda que pela primeira, e segunda vocação se chamasse em primeiro lugar o filho varão mais velho à sucessão do dito morgado, contudo se mostra em terceiro lugar declarar a instituidora, que o instituia para a sucessão do filho, ou filha segunda da dita Dona Catharina, como se vê das palavras ibi: Ordeno que este meu morgado venha ao filho, ou filha legunda de minha filha Dona Catharina Telles, de sorte que se a primeira chamada, tivera filhos não podia haver dúvida, que o segundo havia de suceder no dito morgado, porque como esta vontade fosse a derradeira posta em testamento por com ella se declarar a antecedente sempre se havia de guardar. Mostra-se também que a segunda vocação, em que a dita Dona Marianna foy chamada, querer a instituidora que em tudo se guardasse a forma que havia dado na primeira vocação da dita Dona Catharina, que por morrer sem descendentes sucedia no dito morgado a dita Dona Marianna, que com seu marido George Furtado meterem de posse do dito morgado ao Reo quando casou com sua filha Dona Luiza Maria Telles, sem embargo de o Author ser seu filho varão mais velho, querendo por esta via separar o dito morgado do grande, que o dito George Furtado esta possuindo, a quem o dito Author hade suceder, conjecturando nisto a vontade da instituidora, porque ao tempo que fez a dita instituição estava a dita sua filha Dona Catharina Telles possuindo o morgado que hoje posse George Furtado*

do pay do Author, que por sua morte hade succeder. O que tudo visto, e o mais dos autos disposição de direito, absolvó ao Reo do pedido pelo Author, e julgo o dito morgado para filho, ou filha segunda, e como a tal pertence ao dito Reo, e pague o Author as custas dos autos. Lisboa 11. de Dezembro de 651.

Antonio de Figueyredo.

Ab hac sententia fuit appellatum ad supplicationes Senatum ubi fuit confirmata à Judicibus D. Fregoso D. Abreu. Salas. die vigessimo octavo Maij 1652. & fundata fuit in sequentibus de liberationibus.

In facto conveniunt litigantes, illorum que doctissimi Patroni, qui tantummodo in juris decisione dissentunt circa interpretationem clausularum testamenti, de quo agitur, & ego visis & diligenter examinatis clausulis supra dictis & Doctorum resolutionibus huic controversiae concernentibus pro A. sententiam proferre non dubito neque Rei & possessoris ratio à juris regulis commendata contrarium suadere potuit contra proprium intellectum, & verum sensum verborum clausulae 3. fol. 42. vers. Post quam enim testatrix in prima, & secunda testamenti clausula filium seniorem & juniorem vocavit ad successionem maioratus, illarumque filios primogenitos cum præcedentia masculorum erga feminas seniores juxta dispositionem Ord. lib. 4. tit. 100. §. 1. statim in tertia hujusmodi clausulas & vocationes revocare velle non præsumitur, et à priori voluntate simpliciter et absolute recedere ex dictis à Cardevali Mantic. de conjectur. lib. 12. tit. 1. n. 2. maxime in continent et in eodem testamento ex eodem Mantic. ubi supra n. 2. in fine, qui ita ex Alexand. & Corneo & Paulo de Castr. affirmat per text.

in L. non adeo ff. de condition. & demonstr. nec difficultatem evitabit quis dixerit, volantatem non præsumi mutatam ex dictis et ex L. cum qui ff. de probat. sed hanc cestare præsumptionem, quando ex verbis testatoris expressa mutatio appetet, quia tunc in clarissim est locus conjecturis ex L. ille aut ille §. cum in verbis de legat. 3. L. non aliter ff. eod. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 31. n. 4. quia licet agnoscamus voluntatem hanc usque ad mortem de ambulatoriam esse, mutari que et texocari posse tamen non agnoscimus in testamento, de quo agitur, et in tertia illius clausula fol. 42. fuisse mutatam et revocatam absolute et simpliciter voluntatem expresa & declaratam in clausulis præcedentibus, immo fuisse tantummodo restrictam hanc mutationem voluntatis ad casum, de quo fit mentio unionis videlicet alterius maioratus maiorum reddituum, ita ut tunc tantummodo præferatur filius aut filia secundo genita seniofi, quando senior alium maioratum obtinuerit, non vero quando illum non habuerit sicut A. non habet, licet post parentis obitum eidem successio alterius maioratus devoluatur, confirmatur hæc gentiua et propria verborum prædictæ clausulae tertiae intelligentia ex illa dictione, quando, quæ conditionem importat, quando jungitur verbo futuri temporis, ut in præsenti ex L. cum vir ff. de condit. & demonstr. L. quod publice ff. qui dies legati cedat. Menoch. conf. 697. n. 2. Surd. conf. 298. n. 35. Gratian. forens. tom. 3. cap. 542. n. 51. non autem conditionalis actus non existat in impleta conditione, non debet A. filius primogenitus ultimæ hujus maioratus possessoris à filia femina secundo genita præferti, antequam primogenitus

mogenitus alium maioratum maiorum reddituum obtineat, cum solum in hoc casu vocata exiffat, non vero simpliciter et obsolete. Neque iterum in filiae favorem considerari potest clausulæ tertiaræ truncatio et divisio, ita ut illa verba: *item ordono que este meu morgado venha ao filho, ou filha segunda de minha filha Dona Catharina com a obrigaçāo, de se chamar Telles, orationem perfectam concipient absque eo quod sequentia eidem orationi conjungantur, quia contrarium dicendum esse verius existimo, illam que tertiam clausulam nos finiri verbis supra relatis sed sequentibus illis videlicet: e o mesmo sera nos outros sucessores quando este morgado se juntar com outro maior que elle, ita ut illa ultima verba, quando este morgado se juntar com outro maior que elle; non tantum successores, sed filium aut filiam Domnæ Catherinæ primo vocatæ comprehendat, cum sit clausula generalis, quæ ad omnia refertur maxime si in fine posita inveniatur juxta notata in L. talis scriptura ff. de legat. 1. L. 1. in fine Cod. de liberis præsentis L. in fraudem in fine ff. de milit. testam. Surd. dec. 88. n. 13. Mantic. de conject. lib. 3. tit. 14. n. 8. & lib. 5. tit. 1. n. 23. Valasc. conf. 133. n. 3. Castilb. lib. 4. tit. 50. n. 46. maxime cum hæc ultima verba non referantur nisi tantummodo ad hanc tertiam clausulam, non ad aliam diversam & separatam Bart. in d. L. talis scriptura ubi DD. ff. de legat. 1. Surd. dec. 269. n. 21. late Valens. conf. 67. n. 25. & conf. 85. n. 39. nec novum & in usitatum est institutorem maioratus restringere & coactare vocationem generalem in aliquo casu in particulari, & excepto tali casu restrictionis, in omnibus aliis observanda est genera-*

lis vocatio, ut in simili quando testator agnationem expressit, & in aliquo easu speciali fæminas vocavit, tradunt Surd. cons. 316. n. 14. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 5. n. 50. vers. ex quibus infertur ad med. Surd. dec. 84. n. 7. vers. & quando in contrarium & n. 14. igitur quavis testatrix generaliter vocasset filios primogenitos suarum filiarum, & masculos fæminis præferendos esse expræsisset, licet postea in casu illo speciali unionis alterius maioris maioratus filium aut filiam secundo genitam vocasset, tamen hoc casu excepto, cum ad huc non accidisset in omnibus aliis est observanda generalis, & specifica vocatio primogeniti & masculi juxta supradictam doctrinam Doctorum, facienda est enim semper interpretatio ne correctio inducatur ex Menoch. cons. 115. n. 39. Cyriac. 2. tom. contro. 278. n. 76. Cum igitur in successione maioratus habilitas consideranda sit tempore delatæ successionis ex Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. n. 37. & lib. 3. cap. 2. n. 16. & 17. Castilb. lib. 3. quotid. cap. 15. n. 3. Gam. de 27. Ualensuela conf. 23. n. 161. & tempore delatæ successionis hujus maioratus A. habilis inveniatur abque unione alterius maioris, ab illa non est excludendus, utrum autem post quam A. alium maiorem maioratum obtinerit, hic spectet foratori juxta dictam clausulam tertiam, nostræ inspectionis non est, cum iudicium super futuro negotio formari nequeat L. non potest ff. de iudic. L. non quemadmodum ff. eod. tit. & mors aut vita cuiuscunque tantummodo in manu Dei existat; declaratio autem matri nihil Reis prodesse potest, cum legitimo successore non noceat, ut bene considerat doctissimus Actoris patronus; aliis Reorum allegatis fundamentis specifice

specie noa respondeo , cum sufficiat responso Patroni Actoris , & quæ supradicimus in hac deliberatione , ex quibus sententiam revocarem. Ulyssipone 2. Martij 652.

Mello.

Ancipitem medice tenuit hujus processus decisio, nam animus æquitate suggestente in favorem Rei inclinabat, mens autem & verborum rigor dispositionis testamentariæ pro A. pugnabat ; me tamen fluctuantem mens vicit in favorem A. ex fundamentis doctissimi ejus patroni , & quanvis alterius pariter doctissimi rationes , & authoritas moveat , non tamen dissentio à patrone A. prout dixit Celsus in L. labeo ff. supplect. legata. Ulyssipone 10. Aprilis 1652.

Sousa.

Tria capitula distincta inveniuntur in testamento Domnæ Elysabeth de Castro fol. 41. ubi maioratum instituit in persona filiæ maioris D. Catherinæ uxoris Ludovici de Castro dos Rios , vocando filios dictæ suæ maioris filiæ in forma consueta præterendo maiorem secundo , & masculum fæminæ & Ord. lib. 4. tit. 100. adjiciendo quod deficientibus descendantibus filiæ maioris succederent filiis secundæ filiæ D. Mariannæ eodemmodo & ordine , scilicet prius vocata dicta filia secunda si viveret , et deficerent descendentes primæ , & maioratus deve nit ad filiam secundam , et modo inter ejus filios est contentio super successione hujus maioratus , et in duobus capitulis parificatae sunt sfo boles utriusque filiæ eveniente casu declarato a defuncta in tertio capitulo tota dubitatio est propter verba de quibus ibi : *Declaro que este men morgado venha ao filho, ou filha segunda de minha filha Dona Catharina com obrigaçāo de se cha-*

*mar Telles , e o mesmo sera nos ou*  
*ters sucessores quando este morgado*  
*se ajuntar com outro que seja mayor*  
*que elle , et propter ultima verba ca*  
*pituli hujus ; quando se ajuntar ,*  
*que conditionalia sunt , nam dic*  
*tio , quando , significat et inducit*  
*conditionem L. cum vir. ff. condit.*  
*& demonstr. Surd. cap. 298. n. 35.*  
*ex L. sancimus Cod. de nupt. Man*  
*tic. & alij , quos refert Gratian. dis*  
*cept. forens. cap. 542. n. 51. doctus*  
*et egregius patronus latissime pro*  
*A. fol. 24. et 64. et ideo contendit*  
*filius maior A. Domnæ Mariannæ*  
*successionem hujus maioratus di*  
*cens quod filius secundo genitus*  
*non est simpliciter et pure vocatus,*  
*sed conditionaliter quando iste ma*  
*ioratus fuerit junctus cum alio ma*  
*iori , et non est junctus , et sic non*  
*est adimplecta conditio , et manent*  
*in suo esse prima clausula , vel se*  
*cunda , per quas vocatur filius ma*  
*ior ; et actus conditionalis penden*  
<sup>8</sup>  
*te conditione nullum producit effe*  
*ctum L. unica §. sin autem Cod. ca*  
*duc. tollend. L. sem pronius ff. usu*  
*fruet. legato ; et patet quia adhuc*  
*vivit ejus pater à quo est alium ma*  
*ioratum maiorem habiturus , et est*  
*in confessio ; secundo ex eo quia ne*  
*gat capitula esse diversa , nec per*  
*ultimum capitulum derogari prio*  
*ra , cum nemo in dubio censeatur*  
<sup>9</sup>  
*se corrigere in continenti L. non*  
*adea ff. condit. & demonstr. L. cum*  
*qui ff. de probat. imo durare in ea*  
*dem voluntate Menoch. aliis citatis*  
*præsumpt. lib. 6. præsumpt. 37. per*  
*totam. Tertio ab absurdo , quod*  
*vitandum est ex L. nam absurdum*  
*ff. de bonis libert. argumen*  
*tatur dicens quod esset absurdum ,*  
*quod soror succederet in maiora*  
*tu , cum non possideret A. tunc*  
*temporis patris maioratum , et quod*  
*soror ei hoc modo præferretur con*  
*tra*

tra omnes civiles rationes, ubi masculus feminam præcedit, sed non recte conqueritur, et ego meliorem fororis causam dicerem, quia vota reperitur in dicta clausula, quia licet clausula sit conditionalis propter dictiōnē, quando, ut supra est  
 10 purificata conditio, et puri, et purificati idem est inditum *L.* si *pupillus ff. condit inst.* et purificata est quia maioratus d. D. Elysabeth est junctus cum alio maioratu maiori *dos Castros Rios*, ut negari non potest, et est in confessio scilicet in domo patris et matris R. et A. inveniebantur duo maioratus scilicet Domnae Elysabeth et alter *dos Rios Castros*, ergo est adimpta conditio, et maioratus pertinet ad filiam secundo genitam juxta dictam clausulam ultimam capituli, non enim requisivit, quod in effectu esset in possessione alterius maioratus filius maior in effectu, sed quod posset sucredere, et esset successorus mortuo parente Georgio, et ostenditur quia ex eo exclusit filium maiorem Ludovici de Castro et D. Catherinæ prius vocatæ ad successionem, quia erat successorus in maioratu *dos Castros Rios*, et ideo vocavit filium secundo genitum ergo cum nunc temporis vel tunc temporis vel tunc videlicet mortis matris A. habeat infalibilem spem succedendi in dicto maioratu *dos Rios Castros*, in hoc maioratu succedere non potest, et ab eo censetur exclusus, et secundo genitus vocatus, quemadmodum respectu filij primogeniti Catherinæ primo vocatæ dicendum erat, et si ejus respectu debebat admitti exclusio vocato filio secundo genito, qui magis dilectus erat, quia primo vocatus ex *L. publius 26. ff. condit. & demonstr.* à fortiori excludendus est A. tanquam minus dilectus et admittendus est R. juxta notata

in auth. multo magis Cod. Sacros. eccl. et ne sequatur absurdum quod minus dilectus sit melioris conditionis, quam magis dilectus, et etiam aliud majus absurdum resularet, si A. admitteretur ad hunc maioratum, quod jungabantur maioratus hic cum illo *dos Castros Rios* contra instituentis intentationem, quia postquam tempore habili ipse A. acquisivisset maioratum Elysabeth postea ab eo auferri non poterat à *L.* id quod nostrum ff. de regul. jur. quia effectus consumatus durat, nec infectus redditur, si deviat à causa quia incipere non potest *L. patre furioso ff. his qui sunt sui, vel alien. jur.* multa facta tenent quæ fieri prohibentur, et R. habet voluntatem defunctæ pro se, quæ si fuisset interrogata verosimiliter ita responderet, unde haberi pro dispositio et expresso *Gloss. in L. tale pactum §. ultim. ff. de pact.* et ita succedere debet, quia in maioratibus totum facit voluntas defuncti *L. penult. ff. legat. 2. L. cum proponebatur ff. legat. 2. L. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebel. Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3.* et ex ea fit extensio de casu ad easum, et de persona ad personam *Peregrin. de fideicom. art. 11. a n. 46. Nigroforens. controv. 8. n. 67. & controv. 9. n. 67.* facit quod si dispositio conferatur in certum casum à testatore consideratum respectu alicujus effectus, tunc enim licet casus ille non eveniat, si tamen casus contingit per quem ille sequitur effectus, dispositio trahitur, ad casum evenientem ex voluntate testatoris, quia in habentibus simbolum facile fit transitus *L. in rem ita quæcunque ff. reivendicat. L. gallus §. & quid si tant. ff. liber. & postulum undelicet defuncta hunc casum non expressisset, nec de eo providisset, debet*

- debet haberi pro proviso & expresso, ut supra Bartol. in L. Titius §. Lucius ff. eodem notatur in L. qui solitus §. 1. ff. legat. 2. L. mulier ad Trebell. & admitti debet ad majoratus R. Peregrin. ubi sup. ad n. 46. & non est despicienda declaratio ultimæ possetricis fol. 22. dum declaravit quod audierat à matre sua institutrice majoratus, quod hic majoratus in terminis propositis pertinebat ad primogenitum declarando suam voluntatem. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 8. n. 38. qui dicit quod ei multum deferendum est, multa Castilb. cap. 10. controv. lib. 14 3. e n. 35. maxime cum nullus moriens cenceatur immemor salutis æternæ L. ultima ff. ad L. Julian repetund. Menoch. lib. 2. præsumpt. 60. ubi plene; nec obstat quod non censetur purificata conditio, quia purificata censetur ex supradictis, nec etiam obstat dicere, quod voluntas non censetur mutata, nec quod quis se corrigat, quia respondeatur quod id in dubio præsumitur, secus vero quando constat de voluntate mutata quia in claris non est locus conjecturis, & præsumptio cedit veritati L. ille aut ille §. cum in verbis ff. legat. 3. & ultimo respondeatur, non nullus resultat in conveniens, quod prius succedator in majoratu, ut supra, quia id provenit ex voluntate instituentis, quæ pro lege servatur, L. ultima Cod. sacros. eccles. inde judicatum confirmarem. Ulyssipone 10. Maii 1652.

D. Abreu.

Duplex præcipua in hoc processu invenitur difficultas, prima an per illam ultimam dispositionem, de qua fol. 15. in qua testatrix separatim vocavit ad majoratum filium secundo genitum maioris filiæ, & addidit idem servandum esse in aliis

Pars III.

successoribus, quando majoratus ab ea institutus maioratu maiori fuerit adjunctus, in totum videatur recedere à prima dispositione fol. 15. in qua maiorem natum dominæ Catharinæ ad successionem vocavit, eundemque modum in successione secundæ filiæ voluit servari, an solum recesserit à vocatione senioris filii secundum vocando, non vero in tutum diversum succedendi modum, præstando in filiis dominæ Mariannæ, ab eo quantum in ultima dispositione pæsttit filiis dominæ Catharinæ, & volendo ut idem servaretur in filiis dominæ Mariannæ, utque in ulterioribus successoribus non absolute secundum vocando filium sed eo tantum casu, quoniam maior opulentiorem habuerit majoratum.

Secunda vero quæstio est, an ex illis verbis testatrixis ad exclusiōnem primi filii necessarium sit actualiter in majoratu opulentiori succēsse, an sufficiat spes certa, & habitualis succedendi potestas, ut secundo locus fiat.

In prima quæstione existimo testatricem per ultimam dispositionem non recessisse omnino à prima, neque voluisse diversam succedendi formam statuere in successione secundæ filiæ, atque in prima, sed tantum recessisse à priori voluntate quoad vocationem maioris natus vocando secundum, quia mutatio voluntatis in uno actu & capitulo facta ad illum tantum restringitur, & in alio mutata non præsumitur, bonus textus in L. alumnæ §. qui filiæ ff. adimend. legat, ubi Bart. ex Mantic. & aliis resolvit Mascard. conclus. 643. n. 8. alias 18. Fusar. de subslit. q. 257. n. 64. aliis Castilb. lib. 4. de conject. cap. 37. a n. 8. præfertim quando in eodem fit actu, & testamento, in quo difficilius vo-

Zz

luntatis

Iunctatis mutatio præsumenda est, *L.* non ad ea ff. condit. & demonstr. *Memoch.* lib. 4. præsumpt. 140. n. 32. *Mantic.* de conjectur. lib. 12. tit. 4. n. 10. *Mascard.* d. concl. 643. n. 12. plane in secunda dispositione non meminit testatrix conversus maioratus in vocatione dominæ Catharinæ, sed absolute secundo genitum vocavit; unde cum prima voluntas in hoc mutata non invenitur, sed tantum in vocatione secundi filii & primi exclusione, idem servandum est in successione dominæ Marianæ, atque statutum est in successione dominæ Catharinæ, in qua secundus filius solum sub nomine cognominis, *Telles*, vocatus est, nulla habita mentione concursus.

Neque obstat clausula in fine posita, cum enim in filiarum successione ex supradictis specificè testatrix disposuerit, in illa dispositio-  
ne generalis clausula nihil operatur, *L.* uxorem §. felicissimo ff. legat. 3. *Castilh.* de conjectur. lib. 4. cap. 9. n. 51. *Fusar.* ubi supra q. 681. n. 7. late probavit doctissimus R. patronus, neque credibile, aut verosimile est testatricem, quæ æqualiter filias suas dellexit, ut bene deducitur ex ipso testamento fol. 15. in æqualitatem in successione modo voluisse constituere & multum in successione attenditur verosimilis testatoris voluntas, præcipue quando adeo verosimilis mens est ut in præsenti, quod aliud suadere aut assertere incredibile videtur, ut vocando secundum filium aut filiam maioris filiæ quia sciebat primum in patris maioratu amplissimo succedere, & secundus pauper manebat, nollet etiam quod quando filius secundæ filiæ in eodem maioratus successor erat, secundæ ejusdem filiæ sine aliquo maioratu & paupe-  
re manente in suo maioratu succe-

deret late *Castilh.* controv. lib. 5. cap. 63. a n. 23. *Fusar.* ubi supra q. 276. n. 14. & est textus in *L.* si ser-  
vus plurium §. fin. ff. legat. 2. mul-  
tum conducit declaratio voluntatis à matre litigantium facta, cum ve-  
ritati adeo conformis sit late proba-  
vit eruditus patronus, & ad decla-  
rationem dubiæ testatoris volunta-  
tis unum tantum sufficere testem re-  
soluit *Castilh.* d. lib. 4. cap. 19. a n.  
46. *Barbos.* ad Ord. lib. 3. tit. 55.  
in princip. concl. 3. n. 33.

Et quanquam hæc sufficient, ut potiorem rei causam existimem, non inciviliter pro resolutione secundi dubii dici potest, quod & si clau-  
sulla, quando esse morgado se ajun-  
tar, successionem dominæ Marianæ afficeret, adhuc rea in suc-  
cessione illustrissimo fratri erat præ-  
renda, & contentam esse testatricem ad exclusionem senioris filii, ut spem certam & infalibilem in ditio-  
ri maioratu succedendi haberet, quia  
actualem requireret successionem,  
primo ex eo quia in primo nepote  
actualem successionem testatrix non  
requisivit, sed statim illum exclu-  
sit, quia sciebat in maioratu patris  
successorum; quorum ergo in remotioribus actualem successionem ad  
exclusionem requirere intelligenda  
est testatrix, quæ proximiorem &  
magis dilectum propter certam suc-  
cedendi spem à maioratu suo exclu-  
sit, manarent enim tunc melioris 18  
conditionis ignoti & remotiores,  
quam proximiiores & magis dilecti,  
cum illi non removerentur nisi post  
successionem, hi vero solum propter  
succedendi spem, quod nequaquam  
admitti debet *L.* si viva ma-  
tre Cod. bon. matern. *L.* Titius ff. ha-  
red. instit. Cassanat. cons. 15. n. 32.  
altis *Castilh.* lib. 2. controv. cap. 4.  
a n. 15. *Fusar.* ubi supra q. 479.  
n. 62.

Secundo

Secundo ex eo quia testatrix postquam filium secundum dominæ Catharæ vocavit ad majoratus sui successionem, adiecit verba illa, *e o mesmo serà nos outros successores, quando este morgado se juntar.* Cum ergo in prima vocatione sufficeret habitualis & in spe certa conjunctio ad exclusionem primogeniti in aliis successoribus alias non servaretur idem, ut testatrix constituit, verbum enim idem, omnes qualitates præcedentis dispositionis sequenti attribuit, et eandem determinacionem et censuram *L. pro filio §. testato, & ibi Bartol. ff. adim. leg. Menoch. conf. 130. n. 7. Surd. conf. 426. n. 22. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 11. n. 33.* quia non idem est ad unius exclusionem sufficere habitualē successionem, ad aliorum vero actualem requiri.

Neque tunc repugnant verba illa, *se ajuntar*, quæ videntur actualem requirere conjunctionem nam verba, quæ actum videntur requirere multoties in habitu verificantur, ut in illis si hæres erit, quæ actualem denotant acquisitionem, verificantur in deletione hæreditatis, & potentia succedendi *L. hæreditas §. qui fil. ff. testam. tut. Fusar. ubi supra q. 237. n. 12. vers. præterea*; juvat optime *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 6.* ubi ut secundo genito majoratus successio deferatur, sufficit primogenitum in uno ex majoratibus posse succedere, & absurdum esset contra quæ voluntatem testatoris fieret, si ita non servaretur, nam si modo primogenitus succederet in hoc majoratu, postea decedente patre in alio cum utroque maneret, verba autem impropriantur quando absurdum sequitur, vel voluntas testatoris ita expostulat, *Bartb. in L. in ambigo ff. reb. dub. aliis Castib. lib. 5. controv. cap. 63. n. 22. Fusar. de subst.*

Pars III.

*q. 318. n. 46.* ubi ex conjecturata testatoris voluntate agnatus censetur, qui licet adhuc non sit attamen agnatus futurus est, ad quod adducit *L. quibus diebus §. dominus ff. condit. & demonstr. & alia jura Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. n. 18. & 19.* testatrix autem in praesenti nullam aliam causam vocandi secundogenitum habuit, quando primus in majoratu poterat succedere, qui quia volebat secundo providere, cum primus dives futurus erat, & hoc mihi omnino verosimile est unde sic testaticem disponere voluisse existimo, *Menoch. lib. 4. præsum. 67. n. 18. Mascal. concl. 1404. ex num. 4.*

Ultimo multum urget, nam etiam servatis scrupulose testaticis verbis, ut secundus filius in majoratu ab illa instituto valeat succedere, non est necessarium quod in ipso filio qui successurus est in uno, quia maior natu, majoratus conjugantur, sed sufficit, ut aliquo casu majoratus ille maiori alteri adjungatur, patet ex verbis fol. 15. verl. ibi: *quando este morgado se ajuntar a outro que seja maior*, iterum fol. 42. verl. plane noa est dubium jam in personis parentum casum conjunctionis contingisse, & majoratum istum alteri conjunctionem esse, sicque purificatam esse conditionem videtur enim testatrix respexit dispositionem *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 6.* ubi conjungi majoratus lex censuit, ut secundo genitus possit succeedere quando per matrimonium conjuncti sunt, ut in praesenti, nam institutor semper censetur ex iure dispositionem suam regulare *L. cum quidam ff. acquir. hæred.* ubi onines & magis ex patriæ suæ statutis *Bartol. & communiter scribentes in L. hæredes mei 57. §. cum ita ff. ad Senat. Conf. Trebel. Mantic. de conjectur. lib. 6. tit. 6. n. 1.*

*Clarus in §. testamentum q. 76. n. 6.*  
*ubi de communi sententia testatur*  
*Peregrin. de fideicom. art. 23. n. 5.*  
*Fusar. supra q. 325. n. 9.* cum ergo  
jam per successionem filiae secundæ  
maioratus iste alteri maiori fuerit ad-  
junctus, e venit conditio sub qua  
secundus filius est vocatus secun-  
dum verborum rigorem, & ideo forte  
hujus conditionis in prima voca-  
tione (conjunctionis scilicet) testa-  
trix non meminit, quia sciebat suc-  
cedente domina Catherina maioratu-  
m ab illa institutum alteri maiori  
conjunctionem manere, unde superflua  
declaratio erat, ex quibus & dictis  
a doctissimo domino eruditoque R.  
patrono judicem confirmarem Uly-  
sione 13. Maii 1652.

Salas.

Acurate sane & attente perlecta  
clausula testamenti fol. 15. vers. quæ  
hunc iurio ansam præbuit, & consi-  
deratis fundamentis utriusque liti-  
gantis causam RR. cum sapientissi-  
mis dominis meis præcedentibus po-  
tione existimo; ex eo quia ex præ-  
dicta clausula aperte mihi probatur,  
quod testatrix quo advocationem se-  
cundo geniti à priori dispositione  
fol. 13. recedere voluit, ut probat  
sapientissimus dominus meus, qui  
secundo loco deliberavit; & licet  
voluntatis mutatio regulariter non  
præsumatur, in præsenti mutatio ex-  
presse constat ex verbis testamenti  
ecce succedit regula text. in L. ille  
aut ille §. cum in verbis ff. legat. 13.  
cum vulgar: & latissime probat sapi-  
entissimus dominus meus tertio loco  
deliberans.

Neque novum, & in usitatum vi-  
detur, quod testatrix ad maioratum  
secundo genitum vocaret, hoc enim  
quotidianum est, ut per Castilh. qui  
alios refert lib. 6. cap. 15. 8 alias 178.  
ub. n. 15. ante fin.

Neque obstat potest fundamen-

tom A. dum contendit vocationem  
secundo geniti non esse puram, sed  
conditionalem, id est si maioratus alii  
opulentiori adjungatur, id enim im-  
portat dictio illa, quando, adjuncta  
verbo futuri temporis L. cum vir ff.  
condit. & demonstr. L. quod publice  
ff. quando dies legati cedat Menoch.  
conf. 697. n. 3. Surd. conf. 298. n. 35.  
Gratian. cap. 541. n. 52. Cald. de po-  
test elig. cap. 2. n. 16. plane disposi-  
tio conditionalis non purificata con-  
ditione locum non habet L. si quis  
sub conditione ff. si quis omiss. caus.  
test. L. cedere diem ff. verbor. Fla-  
min. lib. 1. de resign. q. 14. num. 19.  
Surd. conf. 157. n. 7.

Quia respondeatur dupliciter, pri-  
mo conditionem verificatam esse  
tum ex eo, quia licet A. maioratum  
opulentiores modo non possideat,  
de proximo & in spe probabili illum  
possidere debet, & illud quod de  
proximo evenire debet, jam dicitur  
evenisse L. penultim. ff. milit. testam.  
L. qui pœnæ 8. §. Divus ff. manumiss.  
c. fin. de judic. Cast. de fact. scientia  
& ignorant. inspeet. 25. per tot. Tum  
vel maxime quia si ad voluntatem  
testaticis attendamus, quæ tanquam  
Regina primum locum obtinet in  
dispositionibus ex regul. text. in L.  
in conditionibus & in L. si cur legetur  
ff. condit. & demonstr. Latissime post  
alios quos refert Castilh. lib. 4. cap.  
8. n. 1. cum seqq. illa fuit, ut à ma-  
ioratus successione excluderetur ille  
qui alium opulentiores possideret.  
Plane si voluntati testaticis repu-  
gnat, quod successor maioratum e-  
pulentiores non possideat, parum  
interessit, quod illum modo, vel pos-  
tea possideat, & late probat sapien-  
tissimi domini mei.

Secundo unde inciviliter respon-  
deri potest, vocationem secundo ge-  
niti fuisse puram, non vero condi-  
tionalem, & ita conditionem illam,  
quan-

quando se aijuntar, non esse referendam advocationem secundo geniti, sed ad onus deferendi nomen gentilium, *dos Telles*, juxta verba immediata ibi. *Com obrigaçāo de se chamar Telles, e o mesmo serà nos outros sucessores, quando este morgado se a juntar.* qui quidem sensus confirmatur ex eo, quia textatrix tota fuit in adiiciendo illo onere de ferendi cognomen, *dos Telles*, especialiter expressit casum difficiliorem, timuit enim quod maioratus daveniret ad secundo genitum qui tam in maioratu opulentiori succederet, & ex d. cognomine; *dos Telles*, a liud opulentioris maioratus assumeret, ut passim contingit, & ad integrum post alios quos refert, tradit *Castilb. d. lib. 6. cap. 178. n. 15.*

Neque replicari potest quod retento hujusmodi sensu jam testatrix in aliquo casu admisisset, quod ejus successor in maioratu opulentiori succederet.

Respondebitur enim principalem testaticis voluntatem eam fuisse, ut ejus maioratus alij opulentiori annexaretur & ideo secundo genitum vocavit, sciebat enim quod filia domna Catherina viro ludovico nupta erat, qui quidem epulentum possidebat maioratum, in quo primogenitus erat successurus, & quia contingere poterat, quod d. maioratu adjungeretur aliis opulentior in persona secundo geniti, adiecit illud onus, quod cognomen, *dos Telles*, de ferret.

Neque item replicari potest, quod junta hunc sensum A. admitti debet, eodem modo quo habilis reperitur, & nullum possidet maioratum; quia respondetur, casum diversum esse, nam ex eo excluditur, quod est primogenitus, & ad maioratum secundo genitus vocatus

in venitur iuxta nostrum sensum.

Neque etiam obesse potest, quod conditio illa, quando se aijuntar, in fine posita ad omnia praecedentia referri debet, & sic non solum ad onus deferendi cognomen, sed etiam advocationem ex regul. text. in L. sin. ff. vino, tritico, & oleo leg. junc-  
ctis quae postalios *Castilb. lib. 4. cap. 50. a n. 10. & seqq.* quia conditio illa posita fuit ad qualificandam & ex pluandam dispositionem supradicta, juxta & ita immedia-  
te debet, juxta ea quae post alios praecedentia refert radit *idem Castilb. d. cap. 50. num. 52.* Deinde testatrix speciali ratione secundo genitum ad maioratum vocavit, & ita quanvis in fine illam conditionem apponenter ad casum speciale & speciali ratione appositum referri non debet. *L. uxorem §. felicissimo ff. leg. 3. Peregrin. de fidei- com. art. 16. n. 107. Castilb. lib. 5. cap. 89. n. 150. & 175.* Tandem regula d. L. final multas patitur limitaciones, ut per *Castilb. d. lib. 4 cap. 50. n. 48. cum seqq.* ubi plures citat.

Juvat in favorem RR. declaratio defunctorum D. Mariannae possetricis fol. 22. quae multum conductit ad interpretandam dubiam instituentis voluntatem juxta ea, quae Molin. de primogen. lib. 10. cap. 8. n. 38. *Castilb. lib. 3. cap. 10. n. 35.* Ulyssipone 24. Maij 652.

D. Fragoso.

**C A P. LI.**  
De inclusione, aut exclusione  
successoris maioratus respe-  
ctu incompatibilitatis, &  
quando detur incompatibi-  
litas

litas maioratum tam in dispositione hominis , quam legis , ad hoc ut aliquis dicitur inclusus vel exclusus ! & quando ex conditione ferendi insignia armorum , familiæ , nomen , seu cognomen vel alterius gravaminis præceptum ?

**D**E hac maioratum incompatibilitate omnia eleganter , & erudita agit Roxas *per integr. tract. de incomp. maiorat.* ex quo , & ex aliis aliqua dicemus , ad præsentis quæstionis resolutionem , & ille p. 1. cap. 2. n. 39. & seqq. agit de illa quæstione , an , unius maioratus vinculi , aut patronatus successio , apud eundem successorem sit incompatibilis vel non , cum alio , vel aliis maioratibus , si omnes vel quilibet eorum habeant conditionem ferendi insignia armorum familiæ , nomen , seu cognomen vel alterius gravaminis præceptum & usque ad finem quæstionis varias quæstiones refert , disputat , exornat , & resolvit omnibus in materia citatis .

De incompatibilitate maioratus resultante ex odio , in inimicitia , ostensione vel possessione infidelityte , vel ingratitudine comissa adversus institutorem , vel possessorem , & quando habeat locum vel non ! per varias quæstiones descritit Roxas *de incomp. maior. p. 1. cap. 2. n. 30. & seqq.* & ibi *Aguila in add.*

De unione aggregatio , seu incorporatione duorum plurium ve maioratum , quando quilibet eorum habet conditiones dissonantes , aut incompatibilis , & quando detur in eis incompatibilitas late tradit Roxas d. p. 1. cap. 7. & ibi *Aguil. in add.*

De incompatibilibus contrariis , contradictionis , seu perplexis clausulis , seu capitulis , vocationibus , & conditionibus in Maioratibus appositis , an ex illis detur incompatibilitas ; & cui standum sit vel nulli earum ; late resolvit Roxas *de incomp. maior. p. 1. cap. 10. per tot.* & ibi *Aguil. in add.*

Si in maioratus institutione inclusio , exclusio fuerit facta per amphibologiam , vel ambiguam orationem taliter quod si ad quemlibet duorum simul , & eodem tempore successorum referri possit , quis eorum succedere debeat ! ex eo , quod respectu utriusque simul successio sit incompatibilis ! & quando in hoc casu detur incompatibilitas , multis citatis proponit & resolvit Roxas d. p. 1. cap. 11. & ibi *Aguila in add.*

Maioratus duo quando alter habet conditionem residendi in alia civitate , vel loco separato , & indiversis locis distinctis , an sint incompatibles , cum multis tradit Roxas *de incomp. maior. p. 2. cap. 1. n. 62. & seqq. usque ad fin.* & ibi *Doctiss. Aguil. in addit. de qua re diximus ad cap. 34.*

De incompatibilitate maioratus , quæ resultat inter præteritum , & futurum tempus per varia exempla est videndus Roxas d. 2. p. cap. 2. & ibi *Aguila in add.*

De incompatibilitate ad quæstionem illam ! Utrum secundo genitus præferatur in successione maioratus si concurrat cum Primogenito Hermaphrodito , quando dicitur inlusus masculus , & ei datur præferentia ; & non fæminæ , & quando competentia sit inter Hermaphroditum , & transversales masculos , ad succedendum in maiortu agnationis vel simplicis masculinitatis , in quo fæmina penitus sit exclusa ; late agit Roxas d. 2. p. cap.

3. per tot. & ibi *Aguil.* in add.

De incompatibilitate orta, per dispositiones, quibus duo plura vel primogenia dividuntur inter filios, sive nepotes, vel familias, etiam si expresse non prohibeat concubus eorum primogenitorum, cum exinde deducantur rationes seu causa finales talium dispositionum legis, vel hominis, & quid si aliquis instituat duo, vel tria plura vel primogenia, quae separet, atque dividat, inter primogenitum & secundo genitum, plures ve de inceps, aut omisso aut excluso primogenito, qui alium maioratum habeat ad alium suum vocet secundo genitum, inter omnes de familia discurrere debeant, tamquam realiter incompatibilia, divisim, ac separatim, tradit cum multis *Roxas de incomp.* p. 3. cap. 5. & ibi *Aquila* in add.

De incompatibilitate, per dispositionem hominis qui velit, quod suum primogenium, sit incompatibile cum alio, vel uti quando institutor disponit prohibendo conversum duorum, plurium vel maioratum; sive quod suum primogenium cum alio minime jungatur, & quid si institutor maioratus disponat, quod quandocunque possessor succedat in alio primogenio, tunc suum deveniat primogenium ad sequentem in gradu! an institutor senserit de gradu liniæ gravati, vel de gradu alterius liniæ subsequentis! & quid quando gravatus ultimus possessor habeat filium unigenitum, & fratrem, vel nepotem, sive fratrem patrualem, vel habeat primogenitum, secundo genitum, et fratrem, aut filium vel nepotem ex fratre, et sic concurrant ad successionem patruus, et nepos, aut filius primogenitus, et secundogenitus, et frater vel filius fratris, sive patrualis, vel filius

unius, cum alio ex linea transversali, qui non sit paturus nec ejus filius aut descendens, et idem si disponat, quod tunc succedat proximior ex sua familia, vel dicat succedat mihi proximior, vel dicat succedat mihi et sibi proximior, vel absolute succedat proximior late tradit *Roxas de incomp.* p. 4. cap. 1. & ibi *Roxas in add.* *Luca de linea leg.* art. 9. n. 29. & seqq. & n. 39. explicat. eleganter *Add. novis.* *Olea decess. jur.* & act. tit. 3. q. 4. pag. 44. usque ad 49.

Incompatibilitas seu prohibitio conversus duorum plurium vel maioratum, quæ provenit ex dispositione hominis, an sit odiosa vel favorabilis et indubio an censeatur realis, vel personalis, sive restricta tantum ad certas illas personas determinatas, quas institutor expresse nominavit ad varios casus; est vindicandus *Roxas d. 4. p. cap. 2.* et ibi *Aquila in add.* *Luca d. art. 9. n. 29.* & seqq.

Ex dispositione hominis, si Institutor prohibeat, ne maioratus concurrat, sine jungatur cum alio, et eveniat, quod perviam matrimonij copuletur cum alio, utrum maritus utunque maioratum retinere possit, et possidere, unum jure proprio, alio jure uxoris! et an data in patre familias dicta prohibitione possit similiter possidere utrumque maioratum, unum jure proprium alter tamquam patre familias nomine filii primogeniti *Roxas de incomp. maiorat.* p. 4. cap. 3. & ibi *Aguil.* in add.

An prohibitio ex dispositione hominis conversu unius cum altero maioratu ex eo censeatur prohibitos conversus cum dignitate Ducatus, Marchionatus, aut Camitatus, & quid in *Baronia*; *Roxas de incomp. d. 4. p. cap. 4.* & *cap. 5.* de maioratu, qui per dispositionem hominis

continet perplexitatem, vel in ejus clausulis habet conditiones vel gravamina, aut vocationes contrarias atque incompatibilis. Et de duobus pluribus ve maiotatibus vinculis, seu patronatibus æque principali bus, vel altero principali altero accessorio aggregatis, vel uniri jussis, quorum quilibet per dispositionem hominis habet contrariam, seu repugnantem, atque incompatibilem conditionem vocationem, vel aliud quodlibet gravamen; sede de aggregationibus, & unionibus maioratum cum conditionibus incompatilibus.

Quando ut runque est contrarium seu incompatibile an inclusio unius, sit exclusio alterius, & quando inclusio per vocationem ad successionem unius ex pluribus maioratibus incompatibilibus erit exclusio aliorum *Roxas de incomp. p. 5. cap. 1. & ibi Aguil. in add.*

Incompatibile quando sit quod ex una parte actus morientium statim ut aditur hereditas, valeant, ex altera parte propter incompatibilitatem sint in suspenso; & quando maioratus successio possit esse in suspenso & quis includi debeat, utrum natus tempore vacantis, vel quis sit melioris liniae vel qualitatis natus post delatam successionem vel lite pendente ad hoc ut possit habere regressum ad maioratus successionem & eam avocare à possessore *Roxas d. 5. p. cap. 2. & ibi Aguil. in add.*

Si institutor maioratus caveat, quod in suo maioratu non succedat ille, qui habeat alium primogenium, et sub hac conditione primogenitus sit vocatus, et eveniat quod successor ita vocatus habeat actionem ad aliud primogenium, non vero actualem possessionem ejus, an hæc potentia habendi alium maioratum sufficiat ut excludatur à primo! & quid

de potentia actui proxima! veluti quando ab isto, qui habet actionem fuerit lis incepta in petitorio, aut possessorio judicio, cum multis res oluit *Roxas de incomp. maior. p. 5. cap. 3. per tot. & ibi Aguil. in add.*

Dictio copulativa seu conjunctiva inter incompatibilia quando resolvatur, in disjunctivam, seu alternativam, et an procedat respectu personarum rerum atque conditionum incompatibilium, quæ simul concurrere non possunt, et quid quando ad maioratus successiōnem vocantur plures an omnes succedant, vel unus ordine successivo ad multa *Roxas de incomp. p. 5. cap. 4. per tot. & ibi Aguil. in add.*

De incompatibilitate quæ datur in maioratus venditore vel ejus herede, ad hoc ut ex una parte teneatur de evicione, et ex alia possit vendicare, id quod alienavit, et teneatur de evicione rerum maioratus, quæ post institutionem vendicantur. Et quid si vendicetur unus ex duabus maioratibus incompatibilibus ratione quotæ, ille, nempe, quem retinuit primogenitus vel alter ejusdem linie vel si vendicetur ob culpam, seu conventionem possessoris, et quid si aliquo fortuito casu bona deficiant, absque culpa, vel facto possessoris, an detur regressus ad alium maioratum separatum ab alia linea, quia erat incompatibilis ratione quotæ tradit *Roxas de incomp. maior. p. 5. cap. 6. & ibi Aguil. in add.*

De incompatibili ex contrariis, et quando ex illis, seu incompatibilibus unum sit à principio eligendum ex istituzione et eligens scienter unum ex duobus pluribus vel iuribus ad invicem contrariis seu incompatibilibus, præjudicat sibi in alio, quando iura sunt contraria in origine seu effectu, et tunc in electione unius consumatur aliud: et

an si is qui habet actionem ad duo contraria seu incompatibilia primogenia, utrumque petat simul, an excipi possit ad impedendum litis ingressum quod excipiens non teneatur ei respondere, donec unum ex compatibilibus elegerit? et an si eligat scienter unum, propositum suæ intentionis explanando, sive in petitiorio, sive in possessorio possit reverti ad petitionem alterius, post litis contestationem vel lite finita; et an hoc in casu habeat locum beneficium restitutionis cum multis resolvit *Roxas de incomp. maior. p. 6. cap. 1. & 2. & ibi Aguil. in add. & vide Luca theatr. ver. tom. 10. disc. 12.*

**13.**

De duobus pluribus ve contrariis incompatibilibus actionibus seu adin vicem repugnantibus in effectu, usu seu exercicio, ita ut quis unam teneatur eligere, aliter admitti seu audiiri non debeat, et utrum quis possit admitti ad duos maioratus ad invicem repugnente, seu incompatibilis alterum quem habeat jure proprio successoris, alterum quem habere intendat, jure administratoris, seu curatoris bonorum absentis sui consanguinei: ex eo, quod, si absens consanguineus decesserit, ad eum tanquam ad proximiorem seu vocatum competeret successio; et an hoc casu eligere tenetur; et si non eligat, an ad alium sequentem in gradu pertineat administratio bonorum maioratus absentis; tradit *Roxas d. p. 6. cap. 3. & p. 8. cap. 9. n. 6. & ibi Agila in add.*

Ucrum maioratus sint incompatibilis cum militiis com mendis & officiis, & quando in hoc casu de his in compatibilitas. *Roxas de incomp. d. 6. p. cap. 4. & p. 7. cap. 1. in ecclesiis & beneficiis, ubi etiam quando redditus duorum maioratus in compatibilis sunt tenues! &*

*Pras III.*

quid in magnis quando, intervenit facultas regia & n. 28. & seqq. ad aliam questionem da qui *Luca delin. art. 13. n. 21. & seqq. & cap. 2. ubi* etiam quando uterque maioratus habet clausulam residendi in certo loco, & *cap. 3. quando diminuti sunt redditus, & est maioratus conditus sub conditioue quod si possessor obtineat aliud primogenium sufficiens ad congruam sustentationem, tunc maioratus transeat ad alium successorem: qui redditus sufficientes erunt pro congrua sustentatione, ad hoc ut habeat locum traxisitus ad alium, & cui incumbat onus probandi & ad multa Aguid inadd.*

Si primogenitus; qui in expectativa habebat successionem duorum in compatibilium maioratum, unum ex parte patris, alterum ex parte matris, & obtinuit pacificam possessionem unius ex his duobus incompatibilibus, an vidiatur, quanvis non ex sua mente; attamen ex juris dispositione alteri renunciare, & ita expectativam consumere; ac si a secundo maioratu illico esset exclusus: & quid si habens unum maioratum, & sciens alterum esse in compatibilem; teneat, & obtineat possessionem ejus; an videatur remuniasse primo, vel habere possit regussum ad eundem; quid si in vocatione duorum in compatibilium, petat, & consequatur possessionem unius, videatur recedere ab alio? & quid si petat, & consequatur pacificam possessionem utriusque, an habeat electionem, quod tempus ei competit ad eligendum. *Roxas d. p. 7. cap. 4. & ibi Aguil inadd.*

De incompatibilitate successionis in vinculo, maioratu vel patronatu agnatione, vel dignitatem, aut jurisdictionem habent apud Monachos & moniales, ac eorum monasteria,

Aaa

&c

& quando cœflet apud eos incompatibilitas, ad hoc ut succedere valent. Roxas de *incomp.* p. 7. cap. 5. & ibi *Aquila inadd.*

Si prohibitus sit apud patrem concursus duorum in compatibilium maioratum, ita ut, illico, unus eorum transire debeat ad alium omisſendo si hic alius futurus erit secundogenitus vel sequens ingradu; aut veniat quod pater possidens unum tempore vacantis alterius in compatibilis maioratus, habeat fratrem, & filium unicum, vel fratre & duos filios, scilicet primogenitus eum, aut secundo genitum quis eorū succedere debeat in maioratu, quem pater non retinet, an filius primogenitus, qui est tam quam dominus invita patris, & spem invariabilem habet succedendi, in alio maioratu à patre retento, vel an succedere debeat frater, vel secundo genitus; & quid inter patruelēs? disputat, & resolvit Roxas d. p. 7. cap. 6. & ibi *Aquila inadd.* Luca delineā legat. art. 9. per tot. & n. 36. & 37. & seqq.

De concursu maioratum ex causa matrimonij & successionis junctorum, & quando dicantur in compatibiles vel non ad varias quæſtiones circa intellectum L. cast. 7. tit. 7. lib. 5. recop. & ord. nostræ lib. 4. tit. 100. §. 5. & seqq. quæ habet eadem verba legis Castellæ, vide Manoel Severim de Faria *noticias de Portugal* discurso 1. §. 17. & late ad omnes quæſtiones quæ accidere posſunt Roxas de *incomp. maiorat.* p. 8. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. & ibi *Aquila inadd.* & vide etiam ſententias & DD. citatis indoctissimis deliberationibus de quibus *intrat.* de lege mental. tom. 10. *comment ad ord.* cap. 21. n. 98. & seqq.

(X) Ⓛ. Ⓜ. Ⓝ. Ⓞ. Ⓟ. Ⓠ. Ⓡ. Ⓢ. Ⓣ.

## C A P. LII.

Quando detur inclusio, vel exclusio unius, si duo vel tres infantes, uno impetu, & partu nascantur & quis eorum includi, & præferri debeat, in successione Regni vel maioratus, quando ambo sub secundina involuti, aut ex ventre erecto in lucem editi fuerat, vel si ignorari contingat, uter eorum primo natus fuerit.

**H**anc quæſtionem proponit et resolvit Roxas de *incompat. maior.* p. 2. cap. 5. per tot. omnibus citatatis in materia et Luca de linea legal. art. 6. n. 13. & seqq. Molin. disp. 624. n. 2. Gratian. forens. cap. 30. n. 5. Boler. de decoct. debitor. tit. 5. q. 16. n. 4. Boff. mor. tom. 1. §. 30. n. 963. Paz detenut. cap. 85. n. 93. Torte blanca de mag. lib. 1. cap. 9. n. 53. Zacchias q. medic. leg. lib. 9. tit. 12. q. 5. & 6. Geurb. de feud. §. 2. gloss. 4. n. 18. & seqq. Doctiss. Aquila ad Roxas d. cap. 5. per tot. & n. 21. & seqq. ubi eleganter exornat. & omnia docet & Aquil. in add.

(X) Ⓛ. Ⓜ. Ⓝ. Ⓞ. Ⓟ. Ⓠ. Ⓡ. Ⓢ. Ⓣ.

## C A P. LIII.

De exclusione in materia priuationis à successione maioratus per contraventionem, & quando exclusio & incluſio

sio habeat locum vel non invariis casibus, & an per contraventionem patris excludi, aut privari debeat, ejus filius ac descendens; & quando sententia aut exclusio ob contraventionem censeatur realis, vel personalis, & quis succedat contravenienti, & quæ ad hanc exclusionem requirantur.

## SUMMARIUM.

**Filius** & descendens privandus est à successione maioratus ex contraventione patris, aut matris commissa contra testatoris voluntatem. n. 8.

**Contrarium.** n. 9.

**Defectus** & substitutionis patris, seu inhabilitas quomodo intelligatur n. 10.

**Vocatio** per demonstrationem certæ personæ facit ut videantur virtualiter inclusi omnes descendentes. n. 11.

**Contraventio** dolosa parentum, & transgressio præcepti fundatoris, non præjudicat filiis. n. 12.

**Dissinctio** quæ datur inter contraventionem realem, aut linialem. n. 14.

**Fœmina** exclusa a successione maioratus, agnationis filii etiam ejus sunt exclusi. n. 15.

**Idem** procedit in exclusione filiorum naturalium, quia datur vitium reale. n. 16.

**Et** in contraveniente præcepto nubendi cum masculo puro in sanguine & denegatione si mater contravenit contraventio nocet filiis & descendantibus. n. 17.

**Et** in præcepto nubendi cum nobili. n. 18.

Pars III.

**Quæ** in contraventione, non possunt jure sustineri. n. 19.

**Dicitur** filius contraventionis vocatus si institutione, non legatur exclusus. n. 20.

**Et** cum non sit contraventionis pœna expressa in casu individuo, locum non habet. n. 21.

**Factum** parentis & illius contraventio, filiis nocet. n. 23.

**Contraventio** matris non personalis, sed realis, & linealis censenda est. n. 24.

**Filius** contravenientis, ex propria persona, ex sua scilicet vocatione, non ex persona parentis, succedit. n. 25.

**Possessor** malæfidei, fructus suos non facit. n. 26.

**Licet** error juris inducat præsumptam malam fidem, ad impediri endam præscriptionem non tamen quoad aquisitionem fructuum, nisi aliter malefides probetur. n. 27.

**Et** ideo talis error injure, & jam aliter non probata bona fide, impedit restitutionem. n. 28.

**Qualisqualis** possidendi occasio sufficit, dummodo absit malafides. n. 29.

**Unus** quisque est arbitrer & moderator in res sua. n. 30. & 47.

**Pœna** contraventionis à jure permissa est. n. 31.

**Contraventio** ipso jure privatur n. 32.

**Voluntas** testatoris pro lege habetur. n. 33.

**Præstatio** actui contraria, nullius momenti est. n. 34.

**Tabelionis** errores partibus nocere non debent. n. 35.

**Omnis** cessat disputatio, ubi casus legis inspicitur. n. 37.

**Duo** vincula fortius ligant. n. 38.

**Testator** potest de bonis suis, ad libitum disponere. n. 39.

**Protestatio**, jus protestantis conservat.

Aaa 2 servat.

*Servat. num. 40.*

*Sed sustineri non potest quando est contraria factio. n. 41.*

*Non sufficit dicere, sed facere oportet, imo plus factis quam verbis. n. 42.*

*Stilus, & consuetudo legem imitantur. n. 43.*

*Diurni mores consensu viventium comprobati legem imitantur. n. 44.*

*Disponat testator, & erit lex. n. 45.*  
*Institutor potest opponere quascunque conditiones. n. 46.*

*Possessor maioratus non adimplens voluntatem instituentis, privatur administratione. n. 48.*

*Quaelibet excusatio admitenda est ad excludendam contraventionis pænam. n. 49.*

1 **D**E hac quæstione late diximus forens. resol. cap. 4. per tot. et innovissima impressione et est videntus ad varias quæstiones Roxas de incomp. maior. p. 3. cap. 1. per tot. & cap. 3. et in aliis cassibus in quibus succedit filius licet pater sit privatus à successione vide 4. p. cap. 1. n. 16. & seqq. & cap. 6. n. 151. & 5. p. cap. 2. n. 59. & seqq.

2 De maioratu, aut fideicomisso, vel substitutioni in casu non implementi, vel in observantiae, aut contraventionis alicujus præcepti institutoris, aut testatoris an dicatur maioratus vel fideicomissum; pænale, vel conditionale; et de differentia, ubi præceptum, vel adimplementum adjectum est per viam conditionalis, vel per viam modo, et defectibus exinde resultantibus, et quæ sint præcepta non obligatoria, et de illo non transigendo Luca theatr. verit. & just. tom. 10. de fideicamiss. discurs. 154. & 155. & 156. circa erectionem monasterii intra certum tempus & 157. agit de fi-

deicomisso et maioratu pænali et caducitatis ex capite alienationis contra præceptum institutoris, quando intret necne; et an solus consensus præstitorus per habentem jus vel spem successionis alienationi factæ, per maioratus aut fideicomisci possessorem indicat eandem pænam caducitatis contra consentientem, & discurs. 158. quando ratione alienationis amittatur, et de differentia inter casum, in quo agatur ad fideicomissum et maioratum, ad ipsum rem alienatam tantum, et casum in quo ratione alienationis unius rei agatur ad caducitatem totius hereditatis aut maioratus, & discurs. 159. an alienatione prohibita sub pæna caducitatis, veniat reciproca donatio facta per pæmorientem conjugam ad favorem superstitis; et an veniat impositio census facta super melioramentis, vel pro ea rata, pro qua idem gravatus eandem rem ab antiquo onere liberavit alterius census, & discurs. 159. & seqq. ad varias quæstiones circa alienationem bonorum maioratus, et quando sit licita vel non, & discurs. 172. & seqq. de transactione, et divisione bonorum maioratus & discurs. 176. & 177. 178. 179. 180. Quando ex dictis censeatur remissum, et revocatum et multis seqq. ad varias quæstiones, et Joseph Altrog. contr. 41. ubi etiam an et quando requiratur interpellatio eleganter in nostris terminis quæstiones Add. Oleæ ad tit. 3. q. 4. deceff. jur. & act. pag. 44. 45. & 46. ubi doctissime agit.

Quando institutor prohibet alienationem bonorum cum pæna privationis si successor alienaverit, solum ab alienatis excluditur, & non à toto maioratu Peregrin. conf. 40. n. 4. vol. 4. 64. n. 14. de qua te vide explicantem Molin. de primog. lib. 1. cap. 16. n.